

134. OROSIUS (PAULUS). Historite adversus Pagnos. Folio, dark levant morocco extra, the sides covered with gilt lines and gold toolings, by the Adams binders.

Venetiis, *Octauianus Scotus,* 1483

*Roman character. 78 unnumb. ll., including 1st blank, 42 lines to the page, Signt. *a-n*. Hain-Copinger, 12102; Panzer, III, 195, 702; Proctor, 4576. A fine and large copy with many marginal notes by a hand of the last years of the XVth century, or beginning of the XVIth.

This is a good copy, with many marginal notes, written about the date of printing, of the second edition of this rare and interesting work. Orosius was a native of Tarragona, Spain who lived about 410-30 A.D. He was said to have been a friend of St. Augustine and St. Jerome. The work is not considered very accurate, but valuable because it contains much out of the way information quoted from authors whose works do not exist, and is not to be found in other writings.

April 17, 1903.

Hain 12,102.

Panzer, 3.195.702.

R.C.H.

5302

ch. Harris
Oct. 27, 1916
K

Pauli Orosii uiri doctissimi historiarum initium ad Aurelium Augustinum.

p RAECEPTIS tuis parui beatissime pater Augustine: atq; utinã tã efficaciter q̃ libenter: q̃q̃ ego in utranuis partem parum de explicito mouear: rectene: an secus egerim. Tu enim iam isto iudicio laborasti: utrũne hoc: quod præciperes possem. Ego autem solius obedientiæ: si tamen eam uoluntate conatuq; decoraui: testimonio contentus sum. Nam & in magna magni patrisfamilias domo cũ sint multa diuersi generis animalia adiumento familiaris rei cõmoda: non est tamen canum cura postrema: quibus solis natura insitum est: uoluntarie ad id quo præparantur urgeri: & per ingenitam quandam obedientiæ formulam sola disciplinati tremoris expectatione suspendi: donec ad peragendi licẽtiam nutu signoue mittantur. Habent enim proprios appetitus quantum brutis excellẽtiores: tantum rationabilibus propinquantes: hoc est discernere: amare: seruire. Nam discernentes inter dominos atq; extraneos non eos quos insectantur: oderunt, sed pro his quos amant zelant: & amantes dominum ac domum non quasi ex natura apti corporis uigilantes: sed ex conscientia solliciti amoris iuigilant: Vnde etiã mystico sacramento in euangeliis: quod edant micas catelli sub mensa dominorum: & Chananea mulier non erubuit dicere: & dominus non fastidiuit audire. Beatus etiam Tobias ducem angelum sequens canem comitem habere non spreuit. Igitur generali amori tuo speciali amore connexus uoluntati tuæ uolens parui. Nam cum subiectio mea præcepto paternitatis tuæ factum debeat: totumque tuum sit: quod ex te ad te redit: opus meum hoc solo cumulatius reddidi: q; libens feci. Præceperas mihi uti aduersis uaniloquam prauitatem eorũ: qui alieni a ciuitate dei ex locorũ agrestium cõpitis & pagis pagani uocantur siue gentiles: quia terrena sapiunt: qui cum futura non querant: præterita aut obliuiscant̃ aut nesciant: præsentia tamen tempora ueluti malis extra solitũ infestatissima: ob hoc solum: quod creditur christus: & colit̃ deus: idola autẽ minus coluntur: ĩfamant. Præceperas ergo ut ex omnibus quæ haberi ad præsens possunt historiaꝝ atq; annalium fastis quæcumq; aut bellis grauia: aut corrupta morbis: aut fame tristia: aut terraꝝ motibus terribilia: aut inundationibus aquaꝝ insolita: aut eruptionibus ignium metuenda: aut ictibus fulminum plagisq; grandinum sæua: uel etiam parricidiis flagitiisq; misera per transacta retro sæcula repperissem: ordinato breuiter uoluminis textu explicarem: maxime cum reuerentiam tuam perficiendo aduersum hos ipsos paganos. xi. libro insistentẽ quoꝝ iam. x. orientes radii mox: ut de specula ecclesiasticæ claritatis elati sunt: toto orbe fulserunt leui opusculo occupari nõ oportet: & sanctus filius tuus Iulianus Carthaginẽsis seruus dei satis fieri super hac re petitioni suæ eadem fiducia: qua poposcit: exigeret: dedi operam. & meipsum in primis confusione pressi: cui plærunq; reputanti supra modum exæstuauisse præsentium clades temporum uidebantur. Nactus sum enim prætecritos dies non solum æque. ut hos graues: uerum etiam tanto atrocius miseros: quanto longius a remedio ueræ religionis alienos: ut merito hac scrutatione claruerit regnasse mortem auidam sanguinis dum ignoratur religio: quæ prohiberet a sanguine. Ista illucescente illam constupuisse. illam cõcludi: cũ ista iam preualet: illã penitus nullã futurã

Canũ natura.

Iulianus Carthaginensis dei seruus.

mortem regnasse sanguinis auidam.

cum hæc ſola regnauit:exceptis uidelicet ſemotiſq; illis diebus nouiſſimis ſub fine ſæculi & ſub apparitione Antichriſti:uel etiam ſub concluſione iudicii:quibus futuras anguſtias:quales ante non fuerant dominus chriſtus per ſcripturas ſacras ſua etiam conteſtatione prædixit.cum ſecundum ipſum quidem:qui & nunc & ſemper eſt modum uerum apertiore ac grauiore diſcrimine per intolerabiles tribulationes temporum illorum ſanctos probatio:impios perditio ſequetur.Et quoniam omnes propemodũ tam apud græcos q̃ apud latinos:ſtudioſi ad ſcribendum uiri qui res geſtas rerum populorumq; ob diuturnam memoriam uerbis propagauerunt initium ſcribẽdi a Nino Beli filio rege aſſyriorum fecerunt:qui cum opinione cæca mundi originẽ creaturamq; hominum ſine initio credi uelint:cæpiſſe tamẽ ab hoc regna bellaq; definiunt:quaſi uere eatenus humanũ genus ritu pecudum uixerit.& tunc primum:ueluti ad nouam prouidentiam concuſſũ ſuſcitaturumq; uigilauerit.

regna: et bella: cepisse a Nino Beli filio rege assyriorum.

De miſeria hominum per peccatum ab initio.

Go initium miſeriæ hominum ab initio peccantis hominis ducere inſtitui:paucis duntaxat: iiſdemq; breuiter deliberatis.Sunt autem ab Adam primo homine uſq; ad Ninum magnum ut dicunt regem quando natus eſt Abraam anni tria milia.xxxiiii.qui ab omnibus hiſtoriographis uel ommiſſi uel ignorati ſunt. A Nino autem uel Abraam uſq; ad Cæſarẽ auguſtum:ideſt uſq; ad natiuitatem Chriſti qui fuit anno imperii Cæſaris.xlii.cum facta pace cum parthis Iani portæ clauſæ ſunt:et bella toto orbe ceſſarunt:colliguntur anni duo milia.xv.in quibus inter ſe auctores ſcriptoreſq; omniũ ocia negociaq; triuerunt.Q uapropter res ipſa exigit ex his libris q̃breuiſſime uel pauca attingere:qui originem mundi loquentes præteritorum fidem ãnũciatione futurorum:& poſt ſubſequa probatione fecerunt:non quo auctoritatem eorum cuiq̃ uideamur ingerere:ſed ꝙ operæ precium ſit de opinione uulgata:quæ nobis cum oĩbus communis eſt commonere.Primum quia ſi diuina prouidentia: quæ ſicut bona ita pia & iuſta eſt:agitur homo & mundus:hominem autem qui conuertibilitate naturæ & libertate licentiæ infirmus & contumax eſt:ſicut pie gubernare egenum opis oportet: ita iuſte corripi ĩmoderatæ libertatis neceſſe ẽ:iure ab initio hominis per bona malaq; alternantia exerceri hunc mundum ſentit quiſquis per ſe atq; in ſe humanum genus uidet. Deinde cum ab ipſo primo homine peccatum punitioq; peccati cœpiſſe doceamur:porro autem cum etiam iſti de mediis temporibus inchoantes :q̃uis ſuperiorum nuſq̃ meminerint:nihil niſi bella cladeſq; deſcripſerint:quæ bella quid aliud dicenda ſunt:niſi urgentia in alterutrum mala.mala autem huiuſmodi quæ tunc erãt ſicut & nunc ſunt inq̃tum ſunt ſine dubio aut manifeſta peccata ſunt:aut occultæ punitiones peccatorum quid impedimenti eſt non eius rei caput pandere:cuius illi corpus expreſſerint:& priora illa ſecula quæ multo numeroſiora mõſtrabimus:uel tenuiſſimo teſtari relatu ſimiles miſerias pertuliſſe.Dicturus igitur ab orbe condito uſq; ad urbem conditam: dehinc uſq; ad Cæſaris principatum natiuitatemq; Chriſti:ex quo ſub poteſtate urbis orbis manſit imperium:uel etiam uſq; ad dies noſtros inquantum ad cognitionem uacare ſuffecero:conflictationes generis humani & ueluti per diuerſas partes ardentem malis mundum face cupiditatis incẽſum e ſpecula oſtentaturus:neceſſarium reor:ut primum ipſum terrarum orbẽ:quem ĩhabitabat humanũ genus:ſicut eſt a maioribus trifariæ diſtributus: deinde

homo libertate licentie infirmus et contumax est

regionibus prouinciiſque determinatus expediam:quo facilius cum locales bellorum
morboꝝque clades oſtentabuntur:ſtudioſi quique non ſolum rerum ac temporum:ſed
etiam locorum ſcientiam conſequantur.

Maiores noſtri in tres partes mundum totum diuiſiſſe.

m Aiores noſtri orbem totius terræ oceani limbo circunſeptum triquadrum ſta-
tuere: eiuſque tres partes Aſiam:Europam:& Aphricam uocauerunt:q̃uis ali-
qui duas:hoc eſt Aſiam:ac deinde Aphricam in Europa accipiendam putaue-
rint. Aſia tribus partibus oceano circuncincta per totam tranſuerſi plagam orientis ex-
tenditur.Hæc occaſum uerſus a dextra ſui ſub axe ſeptentrionis incipientem contingit
Europam.a ſiniſtra Aphricam dimittit. ſub Aegypto uero & Syria mare noſtrum:
quod magnum generaliter dicimus:habet.Europa incipit ſeptentrionalis a flumine Ta-
nai:qua Riphæi montes Sarmatico auerſi oceano Tanaim fundunt fluuium:qui præte-
riens aras ac terminos.Alexandri magni in Roxolanorum finibus ſitos Mæotidas au-
get paludes:quarum immenſa exundatio iuxta Theodoſiam urbem Euxinum pon-
tum late ingreditur. Inde iuxta Conſtantinopolim longæ mittuntur anguſtiæ:donec
eas mare hoc:quod dicimus noſtrum accipiat. Europæ in Hiſpania occidētalis ocea-
nus terminus eſt:maxime ubi apud Gades inſulas Herculis colūnæ uiſuntur. & Tyr-
rheni maris faucibus oceani æſtus immittitur.Aphricæ principium eſt a finibus Aegy-
pti urbiſque Alexandriæ:ubi Parethonium ciuitas ſita eſt ſuper hoc mare magnum:
quod omnes plagas terraſque medias interluit.inde per loca quæ accolæ catabathmon
uocant:haud procul a caſtris Alexandri magni:& ſuper lacum Calcartium:deinde iu-
xta ſuperiorum fines Anaſitarum miſſa in tranſuerſum per æthiopica deſerta meridia-
num contingit oceanum. Termini Aphricæ ad occidentem iidem ſunt:qui & Europæ:
ideſt fauces Gaditani freti.ultimus autem finis eius eſt mons Athlas:& inſulæ quas for-
tunatas uocant.Et quia breuiter generales tripartiti orbis diuiſiones dedi:ipſarum quo-
que partium regiones:ſicut pollicitus ſum:ſignificare curabo.Aſia ad mediam frontem
orientis habet in oceano Eoo oſtia fluminis Gangis.a ſiniſtra promontorium Calligi-
cum cui ſubmanet ad Eurum inſula Taprobane:ex qua oceanus Indicus uocari incipit
a dextra habens Emodos montes:ubi Caucaſus deficit.promontorium Samaram: cui
ad aquilonem oſtia fluminis ſubiacent Octorogorræ:ex quo oceanus ſericus appella-
tur.In his finibus India eſt.quæ habet ab occidente flumen Indum: quod rubro mari
accipitur:a ſeptentrione montem Caucaſum:reliqua ut dixi:Eoo & indico oceano ter-
minatur. Hæc habet gentes quatragintaquatuor abſque inſula Taprobane: quæ ha-
bet decem ciuitates.& abſque reliquis inſulis habitabilibus plurimis. A flumine indo:
quod eſt ab oriente uſque ad flumen Tigrim:quod eſt ad occaſum: regiones ſunt iſtæ
Aracoſia:Parthia:Aſſyria:Perſida:& Media ſitu terrarum montoſo & aſpero.Hæ a ſe-
ptentrione habent montem Caucaſum.a meridie mare rubrum & ſinum Perſicum.in
medio autem ſui flumina præcipua Hydaſpem & Arabim. in his ſunt gentes.tri-
gintaduæ. Sed generaliter Parthia dicitur: q̃uis ſcripturæ ſanctæ uniuerſam ſæpe
Mediam uocent.A flumine Tigri uſque ad flumē Euphratem Meſopotamia eſt:inci-
piens a ſeptentrione inter montem Taurum & Caucaſum:cui ad meridiem ſuccedit

Aſia gentes quadraginta quatuor obtinet—
Taprobane inſula decem ciuitates habet.

Babylonia. deinde caldea: nouissime Arabia. ea demum inter sinum Persicum & sinum Arabicum angusto terræ tractu orientem uersus extenditur. In his sunt gentes. xxviii. a flumine Euphrate: quod est ab oriente usq; ad mare nostrum: quod est ab occasu: deide a septentrione: idest a ciuitate Dascuta: quæ in confinio Capadociæ & armeniæ sita est. haud procul a loco ubi Euphrates nascitur usq; ad Aegyptum & ad extremum sinum Arabiæ: qui est ad meridiem longo augustoq; sulco saxis insulisq; creberrimo. a rubro mari idest ab oceano occasum uersus extenditur: Siria generaliter nominatur: habens maximas prouincias Comagenē: Pheniciam & palestinam absq; saracenis et nabathæis quorum gentes. xii. sunt in capite syriæ capadocia est: quæ habet ab oriente Armeniam ab occasu Asiam. ab aquilone Themiscirios cāpos & mare Cimericum. a meridie Taurum montem: cui subiacet Cilicia & Isauria usq; ad Isicus sinum: qui spectat contra insulam cyprum. Asia regio uel: ut proprie dicam Asia minor absq; orientali parte: qua ad capadociam syriamque progreditur: undiq; circundata est mari. a septentrione pūto euxino. ab occasu propontide. atq; Helesponto: a meridie mari nostro ubi est mōs olimpus. Aegyptus inferior ab oriente habet Syriam palestinam: ab occasu libyam. a septētrione mare nostrum. a meridie mōtem: qui appellatur Climax. & Aegyptum superiorem. fluuiumque Nilum. qui de littore incipientis maris rubri uidetur emergere in loco qui dicitur Mosylon: deinde diu ad occasum profluens faciens insulā nomine Meroen in medio sui: nouissime ad septentrionem inflexus: tempestiuisq; auctus incrementis plana Aegypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt haud procul ab Atlante habere fontem: & continuo harenis mergi: inde interiecto breui spacio uastissimo lacu exundare: atq; hic oceanotenus orientem uersus per æthiopica deserta prolabi: rursusq; inflexum ad sinistram ad Aegyptum descendere. Quod quidem uerum est esse huiusmodi fluuium magnum: qui tali ortu taliq; cursu sit: & re uera tot tantaq; monstra gignat: quem utiq; prope fontem barbari Dara nominant. Cæteri uero accolæ Nuhul uocant. Sed hic in regione gentium: quæ libyæ ægyptiæ uocantur: haud procul ab illo fluuio: quem a littore maris rubri prorumpere diximus: immēso lacu accæptus assumit: nisi forte occulto meatu in alueum eius: qui ab oriente descendit eructet. ægyptus superior in orientem per lōgum extenditur: cui est a septentrione sinus arabicus. a meridie oceanus. Nam ab occasu ex inferiori ægypto incipit: ad orientem rubro mari terminatur ubi sunt gētes. xxiiii. Et quoniam meridianam partem uniuersæ asiæ descripsimus: superest ut ab oriente ad septentrionem pars quæ restat expediatur. Mons caucasus inter colchos: qui sunt super cimericum mare: & inter albanos qui sunt ad mare caspium primū attollitur: cuius quidem usq; in ultimum orientem unum uidetur iugum: sed multa sunt nomina. Et multi hoc ipsum iugum Tauri montes credi uolunt: quia re uera Parchoatras mons Armeniæ inter Taurum & Caucasum medius continuare Taurum cū Caucaso putatur. Sed hoc ita non esse discernit fluuius Euphrates qui de radice parchoatræ montis effusus tendens in meridiem ipsum ad sinistram Taurum excludit. Ad dexteram itaq; ipse Caucasus inter colchos & Albanos ubi & portas habere mons Caucasus dicitur a portis caspiis usque ad Armenias pylas: uel usq; ad fōtem Tigris fluminis inter Armeniam et Iberiam montes Acroceraunii dicuntur a fonte Tigris usque ad Carras ciuitatem iter Mas-

Asia regio ut minor.

de Nili origine.

ſagetas & Parthos mons Ariobarzones. A Carris ciuitate uſque ad oppidum Cathippi inter Hyrcanos & Bactrianos mons Memarmali: ubi amomum naſcitur: a quo proximum iugum mons Parthau dicitur. Ab oppido cathippi uſque ad uicum Saphrum iter Dahaſſaraucas & Parthyenas mõs Oſcobares: ubi Gãges fluuius orit̃. & Laſer naſcitur. A fõte fluminis Gãgis uſq; ad fõtes fluminis Octorogorræ: q̃ ſũt a ſeptẽtrione: ubi ſũt mõtani Paropaniſadæ & mõs Taurus. A fontibus Octorogorræ uſque ad ciuitatẽ Octorogorram inter Hunnos & Scythas & Gangaridas mons caucaſus. Vltimus autem inter Eoſas & Paſiadras mons Imaus: ubi flumen chriſoroas & promontorium Samara orientali excipitur oceano. Igitur a monte Imauo: hoc eſt ab imo caucaſo & dextra orientis parte qua oceanus Sericus tenditur uſque ad promontorium Boreum & flumen Boreum & inde tenus ſcythico mari: quod eſt a ſeptentrione uſque ad mare caſpium quod eſt ab occaſu: & uſque ad extentum caucaſi iugum: quod eſt a meridie Hyrcanorum & Scytharum gentes ſunt quadragintaduæ: propter terrarum infœcundam diffuſionem late oberrantes. Mare caſpium ſub aquilonis plaga ab oceano oritur cuius utraque circa oceanum littora loca deſerta incultaque habentur. inde meridiem uerſus per longas anguſtias tenditur: donec per magna ſpatia dilatatum Caucaſi montis radicibus terminetur. Itaque a mari caſpio quod eſt ad orientem per ora oceani ſeptentrionalis uſque ad Tanaim fluuium & Mœoticas paludes: quæ ſunt ad occaſum per littus Cimmerici maris: quod eſt ab Aphrico uſque ad caput & portas Caucaſi: quæ ſunt ad meridiem gentes ſunt trigintaquatuor. Sed generaliter regio proxima Albania ulterior ſub mari & monte caſpio Amazonum nuncupatur. Expliciti autem ſunt q̃breuiſſime fines Aſiæ. Nunc autem Europam inquantum cognitioni hominis conceditur: ſtilo peruagabor. A montibus Rhiphæis ac flumine Tanai Mæotiiſque paludibus: quæ ſunt ad orientem per littus ſeptentrionalis oceani uſque ad Galliam Belgicam & flumen Rhenum: quod eſt ab occaſu: deinde uſque ad Danubium: quem & Iſtrum uocant: qui eſt a meridie ad orientem directus ponto accipitur. ab oriente Alania eſt: in medio Dacia: ubi & Gotia. deinde germania eſt: ubi plurimam partem Sueui tenent: quorum omnium gentes ſunt quinquagintaquatuor. Nunc quicquid Danubius a barbarico ad mare noſtrum ſecludit expediam. Mœſia ab oriente habet oſtia fluminis Danubii. ab euro Thraciam. a meridie Macedoniam. ab aphrico Dalmatiam. ab occaſu Iſtriã. a circio Pannoniam. a ſeptentrione: Dannubium. Thracia habet ab oriente Propontidis ſinum & ciuitatem conſtantinopolim quæ Bizantium prius dicta eſt. a ſeptentrione partem Dalmatiæ. & ſinum Euxini ponti: ab occaſu & Aphrico Macedoniam. a meridie Aegæum mare. Macedonia habet ab oriente Aegæum mare. a borea Thraciam. ab euro Euboeam & macedonicum ſinum: a meridie Achaiam. a Fauonio montes Acroceraunios in anguſtiis Adriatici ſinus: qui montes ſunt contra Apuliam atque Brunduſium. ab occaſu Dalmatiam. a Circio Dardaniam. a ſeptentrione mœſiam. Achaia undique propemodum cincta eſt mari. Nam ab oriente habet myrtoum mare. ab euro arcticum mare. a meridie ionium mare. ab Aphrico & occaſu cephaloniam & caſſiopam inſulas. a ſeptentrione ſinum corinthium. ab aquilone anguſtum

Amomum ubi naſcitur.

Europe fines et gentes

Alanorum Dacorum Gothorum ac Germanorum gentes quinquaginta quatuor esse perhibent

terræ dorsum:quo macedoniæ coniungitur:uel potius Attica:qui locus Isthmos uocatur:ubi est corinthus habens in Atticam a borea non longe Athenas ciuitatem. Dalmatia habet ab oriente macedoniam. ab aquilone Dardaniam. a septentrione mœsiam. ab occasu Istriam et sinum Liburnicum et insulas liburnicas. a meridie Adriaticum sinum. Pannonia Noricus:& Rhetia habent ab oriente mœsiam. a meridie Istriam. Ab aphrico alpes apenninas. ab occasu Galliam belgicam. a circio danubii fontem & limitem: qui germaniam a gallia inter danubium galliamque discernit. a septentrione Danubium & germaniam. Italiæ situs a circio in eurum tenditur:habens ab aphrico Tirrhenū mare. a borea adriaticum sinum:cuius ea pars quæ continenti terræ cōmunis & cōtigua ē alpium obicibus obstruitur. Quæ a gallico mari per ligusticum sinum exurgētes primum Narbonensium fines. deinde Galliam rhetiamque secludunt:donec in sinu liburnico defigantur. Gallia belgica habet ab oriente fluminis Rheni et germaniam. ab euro alpes Apenninas. a meridie prouinciam narbonensem. ab occasu prouinciam lugdunensem. a circio oceanum britānicum. a septentrione Britānicam insulam. Gallia lugdunensis ducta per longum:& per angustum inflexa Aquitanicam prouinciam semicigit. Hæc ab oriente habet belgicam. a meridie partem prouinciæ Narbonensis:qua Arelatū ciuitas sita est:& mari gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis prouincia pars galliarum habet ab oriente alpes Coctias. ab occidente hispaniam. a circio aquitaniam a septentrione galliam lugdunēsem. ab aquilone Belgicam galliam. a meridie mare gallicum quod est inter Sardiniā & insulas Baleares habens in fronte qua Rhodanus fluuius in mare exit:insulas sthecadas. Aquitanica prouincia obliquo cursu ligeris fluminis qui ex plurima parte terminus eius est:in orbem agitur. Hæc a Circio habet oceanum: qui aquitanicus sinus dicitur. ab occasu hispanias habet. a septentrione & oriente Lugdunensem ab euro & meridie Narbonensem prouinciam:contingit. Hispania uniuerso terrarum situ trigona est. & circunfusione oceani Tirrhenique pelagi pene insula efficitur. Huius angulus prior spectans ad orientem. a dextris Aquitanica prouincia. a sinistris Baleárico mari coartatus Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus circium intendit: ubi Brigantia Gallecíæ ciuitas sita altissimum Pharum & inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniæ exiit. Tertius eius angulus est. quo Gades insulæ intentæ in Aphricum Atlantem montem interiecto sinu oceani prospiciunt. Hispaniam citeriorem ab oriente incipientem Pyrinei saltus a parte septentrionis usque ad Cantabros Asturesque deducit. atque inde per Vacceos & Oreatanos quos ab occasu habet: positam in nostri maris littore Carthaginem determinat. Hispania ulterior habet ab oriente Vacceos: Celtiberos: & Oretanos. a septentrione oceanum ab occasu oceanum. a meridie gaditanum oceani fretū. Inde mare nostrum:quod Tirrhenum uocatur:immittitur. Et quoniam oceanus habet insulas quas Britāniā & hiberniā uocāt:quæ i aduersa Galliarū parte ad prospectū hispaniæ sitæ sūt:breuiter explicabuntur. Britānia oceani insula per lōgum in boreā extenditur. a meridie Gallias habet:

Danubius fluuius germaniā a galliā discernit.

hispania circumfusioē maris pene insula efficitur.

De Britānia et hibernia insulis Oceani.

cuius proximum littus transmeantibus ciuitas aperit:quæ dicitur Rhutupi portus:unde haud procul a Morynis in austro positos Menapos Batasiosque prospectat. Hæc insula habet in longum milia passuum octingenta. in latum milia ducenta. a tergo autem:unde oceano infinito patet:Orchadas insulas habet. quarum uiginti desertæ sunt. tredecim incoluntur. Deinde insula Tile quæ per infinitum a cæteris separata circium uersus medio sita oceano uix paucis nota habetur. Hybernia insula inter Britanniam & hispaniam sita est:quæ longiore ab Aphrico in boream spacio porrigitur. huius partes priores intentæ Cantabrico oceano Brigantiam Gallecciæ ciuitatem ab aphrico sibi in circium occurrente spatioso interuallo procul spectant: ab eo præcipue promontorio ubi Senæ fluminis ostium est:& Velabri Lucenique consistunt. hæc propior Britanniæ spatio terrarum angustior:sed cœli solisque temperie magis utilis a Scotorum gentibus colitur. huic etiam Meuania insula proxima est:& ipsa spatio non paruo solo cōmoda æque a Scotorum gentibus habitatur. hi sunt fines totius Europæ. Aphricam: ut dixi:cum tertiam orbis partem maiores nostri accipiendam descripserint: non spatiorum mensuras:sed diuisionum rationes secuti sunt. Mare hoc siquidem magnū: quod ab occasu ex oceano oritur:in meridiem magis uergens angustiorem inter se & oceanum coartatæ Aphricæ limitem fecit:unde etiam aliqui q̄uis eam longitudine parem: tamen multo angustiorem intelligentes:inuerecundum arbitrati tertiam partem uocare:sed potius in Europa Aphricam deputantes:ad secundam portionem appellare maluerunt. præterea cum multo amplius terræ in Aphrica ardore solis: q̄ in Europa rigore frigoris incultum atque incognitum sit:quippe cum omnia pene animantia uel germinantia patientius & tolerabilius ad summum frigoris q̄ ad summum caloris accedant: ea scilicet causa est:Aphricam per omnia situ & populis minorem uideri. & quia natura sui minus habet spatii:& cœli inclementia plus deserti:cuius descriptio per prouincias & gentes hæc est. Libya cyreniaca & Pentapolis post Aegyptum in parte Aphricæ prima est. Hæc incipit a ciuitate Parethonio & montibus catabatynon. inde secundo mari usque ad aras philenorum extenditur. Post se habet usque ad oceanum meridianum gentes Libyorum Aethiopum & Garamantum. Huic est ab oriente ægyptus. a septentrione mare Libycum. ab occasu Syrtes maiores & Troglodytæ: contra quos insula calypso est. a meridie Aethiopicus oceanus. Tripolitana prouincia. quæ & subuentana:uel regio Arzugum dicitur: ubi Leptis magna ciuitas est: q̄uis Arzuges per longum Aphricæ limitem generaliter uocentur:habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores & Troglodytas:a septentrione mare Siculum: uel potius Adriaticum:& Syrtes minores: ab occasu Byzantium usque ad lacum salinarum. a meridie barbaros Getulos Nathabres & Garamantas usque ad oceanum Aethiopicum pertingentes Byzantium Zeugis & Numidia. Zeugis autem prius non unius conuentus: sed totius prouinciæ generale nomen fuisse inuenimus. Bizantium ergo: ubi Hadrumentus ciuitas. Zeugis ubi Carthago magna. Numidia ubi Hypos

regius & Nisiccada ciuitates sunt.habent ab oriente syrtes minores & lacũ salinarum.a septentrione mare nostrum:quod spectat ad siciliam & sardiniã insulas. ab occasu mauritaniam sitiphensem:a meridie fontes uzaræ & post eos Aethiopum gentes peruagãtes usq ad oceanum Aethiopicum Sitiphenses & Cæsarienses Mauritania habet ab oriente Numidiam.a septentrione mare nostrum.ab occasu flumẽ Maluam.a meridie montem Astrixim qui diuidit inter uiuam terram &harenas iacentes usq ad oceanũ & oberrãt Gangines æthiopes.Tingitana mauritania ultima est aphricæ.Hæc habet ab oriente flumen Maluam.a septentrione mare nostrum usq ad fretum Gaditanum: quod inter Hauennem & Calpem duo contraria sibi promontoria coartatur.ab occidente Atlãtem montem & oceanum Atlanticum sub Aphrico Hesperium montem.a meridie gentes Aulolum:quas nunc Galaules uocant usq ad oceanum Hesperiũ contingentes. Hic est terminus uniuersæ aphricæ.Nunc insularum quæ in nostro mari sunt loca nomina & spacia dimetiar.Insula cypros ab oriente mari Syrio quod Missicum uocant ab occidente mari pamphilico a septentrione Vulone ciliciæ a meridie Syriæ & phœnicis pelago cingitur cuius spatium in longum tenet milia passuum centum septuagintaquinq in latum milia passuum centum uigintiquinq.Insula creta finitur ab oriente Carphatio mari ab occasu & septentrione mari cretico a meridie mari Libico quod & adriaticum uocant.habet in longum milia passuum centum septuagintaduo.& in latum quinquaginta.Insulæ Cyclades quarum est ab oriente prima Rhodos a septentrione Tenedos a meridie Carpatos ab occasu Cythera.ab oriente finiuntur littoribus Asiæ.ab occidente mari Icario.a septentrione mari Aegæo.a meridie mari Carpatio.Sunt autem omnes cyclades numero quinquagintatres. Hæc tenent a septentrione in meridiem milia passuum quinquaginta ab oriente in occasum milia.cc.Sicilia insula tria habet promuntoria.unum quod dicitur Pelorus & aspicit ad aquilonem cui Messana ciuitas proxima est:secundum quod dicitur Pachynus sub quo ciuitas syracusana respicit ad Euronotũ. Tertiũ quod appellatur Lilybeus :ubi & ciuitas eiusdem nominis sita est:dirigiturq in occasum .Hæc habet a Peloro in pachynum milia passuum centum quinquaginta nouem a Pachyno in Lilybeum centum septuagintaseptem milia.Hæc ab oriente cingitur mari adriatico .a meridie mari aphrico:quod est contra subuentanos & syrtes minores:ab occidente & septentrione habet mare Tyrrhenum:a borea usq ad subsolanum fretum Adriaticum quod diuidit Tauronimitanos siciliæ & Brutios Italiæ. Sardinia & corsica insulæ paruo freto hoc est milium uiginti passuum diuiduntur:ex quibus sardinia habet a meridie cõtra Numidiam caralitanos.contra corsicam insulam:hoc est septẽtrionem uersus habet Vlbienses:cuius in longum spacium tenet milia passuum.cc.xxx. in latum milia centum octuaginta.Hæc habet ab oriente & borea Tirrhenicum mare: quod spectat ad portum urbis Romæ: ab occasu mare sardum:ab aphrico insulas Baleares longe positas.a meridie Numidicum sinum:a septentrione ut dixi corsicam.Corsica insula multis promõtoriis angulosa ẽ.Hæc habet ab oriẽte tyrrhenũ mare & portũ urbis.a meridie sardiniam.ab occasu ĩsulas baleares a circio & septentrione ligusticũ sinũ. Tenet autem ĩ lõgũ milia passuum.c.lx.in latũ milia.xx.&.vi.Insulæ baleares duæ sunt

De Cypro insula.

De Creta insula

Insule Cyclades quarum prima est Rodos

Ciclades insule numero quinquaginta tres.

de sicilia insula.

Sardinia et corsica

De insulis Balearibus que due sunt.

maior & minor: quibus insunt bina oppida. maior Tarraconem Hispaniæ ciuitatem. minor Barchilonam septentrionem uersus contra se habet. Maiori subiacet insula Hebusus. deinde ab oriente sardinia. ab aquilone mare gallicū. a meridie & aphrico Mauritanicum pelagus. ab occasu Ibericum spectat pelagus. Hæ sunt insulæ ab Hellesponto usque ad oceanum per totum magnum pelagus constitutæ: quæ & cultu & memoria magis cælebres habentur. Percensui breuiter: ut potui prouincias & insulas orbis uniuersi. nunc locales gentium singularum miserias: sicut ab initio incessabiliter extiterunt & qualiter quibusque exortæ sint inquantum suffecero: proferam.

Hic ponitur diluuii uindicta.

c Vm post fabricam ornatumque mundi huius homo: quem rectum atque immaculatū fecerat deus morti se substrauisset: ac perinde humanum genus libidinis deprauatum peccatis funditus obsorberetur: continuo iniustam licentiam punitio iusta consecuta est. Sententiam creatoris dei & iudicis peccanti homini ac terræ propter hominem destinatam: semperque: dum homines terram habitauerint: duraturam omnes uidelicet aut probamus negando: aut confitendo toleramus: obstinatique mentibus testes sibi infirmitas sua inurit: quibus fidelis scriptura non suaserit Deinde refuso sub Noe in omnem terram mari immissoque diluuio: cum toto orbe contecto unum spatium cœli esset ac pelagi: deletum fuisse uniuersum humanum genus paucis in arca fidei suæ merito ad substituendam originem reseruatis: euidentissime ueracissimi scriptores docent. fuisse tamen etiam illi contestati sunt: qui præterita quidem tempora ipsumque auctorem temporum nescientes tamen ex indicio & coniectura lapidum: quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros etiam sæpe cauatos aquis uisere solemus: coniiciendo didicerunt. Et q̄uis huiusmodi adhuc & relatu digna fideque certa proferri a nobis queant. tamen hæc uelūti principalia duo de præuaricatione primi hominis & condemnatione generationis uitæque eius: ac dein de perditione totius generis humani dicta sufficiant tantum ut siquā gentiles historici de nostris aliquo ordine contigerint: hæc plenius cum cæteris ipso quo incurrerint ordine proferantur.

Primus Ninus rex Assyriorum.

a Nte annos urbis conditæ mille.ccc. Ninus rex Assyriorum primus ut ipsi uolunt: propagandæ dominationis libidine arma foras extulit: cruentamque uitam quinquaginta per annos totam Asiam bellis egit a meridie atque rubro mari surgens sub ultimo septentrione. Euxinum pontum uastando perdomuit. Scythicamque barbariem adhuc tunc imbellem & innocentem torpentemque excitare seuiciam: uires suas nosse: & non lac iam pecudum: sed sanguinem hominum bibere: ad postremum uincere: dum uincit edocuit. Nouissime Zoroastrem Bractianorum regem: eundemque magicæ artis: ut ferunt reptorem pugna oppressum interfecit. post ipse dum deficientem a se oppugnant urbem: sagittæ ictu interiit. Huic mortuo Semiramis uxor successit: uirum animo & habitu gerens: auidosque iam usu sanguinis populos per quadragintaduos annos cædibus gentium exercuit. Non contenta terminis mulier: quos a uiro suo tunc solo bellatore quinquaginta annis acquisitos susceperat. Aethiopiam bello pressam: sanguine illitam īperio adiecit. Indis quoq; bellū ītulit: quos

Zoroastres Bractianorū Rex. artis magicę inventor

Semiramis Nini uxor.

præter illam & Alexandrum magnum nullus intrauit:quod eo tempore ideo crudelius grauiusq; erat:q̃ nūc est per se qui & trucidare populos in pace uiuentes: quia tunc apud illos nec foris erant ulla incendia bellorum.nec domi tanta exercitia cupiditatum. Hæc libidine ardens:sanguinem sitiens inter incessabilia stupra & homicidia cū omnes :quos regie accersitos meretricie habitos concubitu oblectasset: occideret.tandem filio flagitiose concepto:impie exposito:inceste cognito priuatā ignominiam publico scelere obtexit.Præcepit enim ut inter parentes ac filios nulla delata reuerentia naturæ de cōiugiis appetendis:quod cuiq; libitū esset:libitū fieret.

Cornelius Tacitus.
Sodoma: Gomora:
habundantia causa malorum fuit.
fructus miseriarum nutrimenta libidinum.

Quod ignis de cælo descendit in Pentapolim.

a Nte annos urbis conditæ.M.c.lx.confinē Arabiæ regionē:quæ tunc Pētapolis uocabatur:arsisse penitus igne cœlesti:inter alia etiam Cornelius tacitus refert qui sic ait.Haud procul inde campos:quos ferunt olim uberes:magnisq; urbibus habitos fluminū iactu arsisse:sed manere uestigia:terrāq; ipsam specie solida uim frugiferam perdidisse.Et cum hoc loco nihil de incensis propter peccata hominum ciuitatibus:quasi ignarus expresserit:paulo post uelut oblitus consilii:subiecit & ait. Ego sicut inclytas quondam urbes igne cœlesti fragrasse concesserim:ita halitu lacus infici terram & corrumpi reor. Quo dicto inuitus licet de exustis urbibus quæ proculdubio peccatorum noxa conflagrauerant:& scisse se & concessisse confossus:palam prodidit:non sibi cognitionis fidem defuisse:sed exprimendæ fidei uoluntatem:quod nunc a me plenius profertur. In confinio Arabiæ & Palestinæ:qua dimissi altrinsecus montes subiectis campis excipiuntur quinq; ciuitates fuisse referuntur Sodoma: Gomora:Adama:Seboim:& Segor.sed Segor ex his parua.illæ magnæ & amplæ:quippe quibus & soli fœcunditas suberat.& Iordanis fluuius per plana diffusus:ac per opportuna diuisus augmentis ubertatis impendebatur.Huic uniuersæ regioni bonis male utenti abundantia rerū causa malorū fuit.Ex abūdātia .n. luxuria ex luxuria fœdæ libidines adoleuere: adeo ut masculi in masculos operātes turpitudinē:nec cōsideratis quidem locis conditionibus ætatibusq; proruerent. Itaq; iratus deus pluit super hanc terrā ignem & sulphur: totāq; regionem cum populis atq; urbibus exustam testem iudicii sui futuram æterna damnatione damnauit ut nunc quoq; appareat quidem forma regionis:sed inueniatur regio cineris:mediamq; conuallem:quam iordanis irrigauerat:nunc mare superfusū tegat:tantumq; de rebus ut putatur:paruis diuinæ indignationis iudicium accensum ē: ut propter hoc illi male utentes bonis:fructus miseriarum:nutrimenta libidinum fecerant: terra quoq; ipsa quæ has habuerat ciuitates:primum exusta ignibus:post oppressa aq̄s in æternam damnationem cōmuni periret aspectui.

Vbi Romani nihil mali se passos esse dixerunt:si circus illis redderetur.

i Taq; nunc si placet:hi:qui in Christum:quem nos iudicem sæculorum ostendimus:quantum in ipsis est sputa coniiciunt: inter Sodomam & Romam discernant causas: & conferant pœnas: quæ a me uel maxime ob hoc retractādæ non sunt: quia omnibus notæ sunt. Et tamen quālibenter eorum sententias acciperem: si illi fideliter: ita ut sentiunt faterentur quanquam quod de temporibus christianis rari & hoc in angulis murmurent:non usqueadeo moleste accipiendum putem

cum totius populi romani cōsona uoce pariq; iudicio sensus ac sermo sit cognitus. Adeo quodam autem paruo: & leui motu hæsitasse erga se parumper consuetudinem uoluptatum indubitatissime contestatus est: ut libere conclamaret: si reciperet circum nihil esse sibi factum: hoc est: nihil egisse Romæ Gothorum enses: si concederetur spectare Romanis circenses: Nisi forte ut se habet apud plærosque hoc præcipue tempore: qui ex longa requie: uel paruam obortam sollicitudinem intolerabilem laborem putant. has clæmentissimas admonitiones quibus omnes aliquando restringimur: alienis punitionibus auditis lectisque præponunt. Quos saltem de hoc ipso exitu Sodomorum & Gomorreorum moneo: ut discere atque intelligere queant: qualiter deus peccatores puniuerit. qualiter punire possit. qualiter puniturus sit. Ante annos urbis conditæ mille. septuaginta dum Thelcises & Carsathii peruicax prælium aduersus Phoreneum regem Argiuorum: & Parapasios accipiunt: spem sine fructu uictoriæ gesserunt: Idemque Thelcises & Carsathii post paululum bello uicti: patria profugi: ignarique rerum: credentes quia se penitus a congressu totius humanæ habitationis abstraherent: Rhodum insulā quæ Ophiusa antea uocabatur: quasi tuta possessione cæperūt. *Rodus insula prius Ophiusa vocabatur*

Vbi in Achaia sæuum diluuium actum est.

A Nte annos urbis conditæ mille. xl. in Achaia sæuum diluuium uastatione plurima totius pene prouinciæ fuit. Quod quia Ogygis: qui tunc Eleusinæ conditor & rex erat temporibus effusum est: nomen loco ac tempori dedit.

De fame: quæ fuit in Aegypto.

A Nte annos conditæ urbis mille. xlviii. fuisse apud Aegyptum primum insolitam fastidiendamque ubertatem: deinde iugem atque intolerabilem famem legimus: cui Ioseph uir iustus & sapiens diuina prouisione subuenerit: ut Pompeius histoticus refert. eiusque breuiator Iustinus docet: qui inter cætera sic ait. Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit: cuius excellens ingenium fratres ueriti interceptum peregrinis mercatoribus uendiderunt. A quibus deportatum in Aegyptum: cum magicas sibi artes solerti ingenio percepisset: breui ipsi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat. & somniorum primus intelligentiam condidit. Nihilque diuini iuris: humanique ei incognitum uidebatur: adeo ut etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospiciens: fruges congregasset. Tantaque eius experimenta fuerunt: ut non ab homine: sed a deo responsa accepisse uideretur. Filius Ioseph Moyses fuit: quem præter paternæ sciētiæ hæreditatem etiam formæ pulchritudo commendabat. Sed Aegyptii cum scabiem & uituiginem paterentur: responso moniti eum cum ægris: ne pestis ad plures serperet: terminis Aegypti pellunt. hæc iustinus. Sed quoniam hæc idem Moyses: quem isti sapientem scientemque fuisse attestantur: plenius ueriusque tanq̄ per se suosque gesta conscripsit: primum fide eius atque auctoritate: quam etiam isti probant: horum ignorantia est supplenda. dehinc sacerdotum Aegyptiorum fallax malitia confutanda est: qui uel astu: quod manifestius est: euidentem iram misericordiāq; ueri dei memoriæ subtrahere conati sunt: particulati expositione confusa ne ī cōtumeliā idolorum suorum eū colendū merito ostenderent: cuius cōsilio ānunciata hæc mala: & auxilio euitata docuissēt uel forte ut īdulgētius accipiamus obliti sūt. Illius. n. nostri ioseph: q fuit ueri dei seruus: & pro creatura domini sui pie ītenteque sollicitus: proui

Ioseph vir iustus et sapiens.
Pompeius historicus
Iustinus breuiator Pompei.
Moyses filius fuit Ioseph.

Cui placet obliuiscitur: cui dolet meminit.

sione ipsi abundabant frugibus: quasi sacerdotes: sed quia falsi sacerdotes erant: cum cæteris esurientibus non dolebant. Enimuero: cui placet: obliuiscitur. cui dolet: meminit: q̄q̄ huius tēporis argumentū historiis factisq; reticentibus ipsa sibi terra Aegypti testis pronunciat: quæ tunc redacta in potestatē regiā: restitutaq; cultoribus suis ex omni fructu suo usq; ad nūc quintæ partis incessabile uectigal persoluit. Fuit itaq; hæc fames magna sub rege Aegyptiorū Diapolito: cui nomē erat Amosis quo tēpore Baleus Asyrios: Argiuos Apis regebat. Fuerūt autē ante annos famis septē præcedētes alii septē ubertatis anni: quorū affluētiam tāto negligētius periturā: quāto uberius natā Ioseph noster solertia sua collegit: & condidit: totāq; Aegyptū cōseruauit. Acquisiuit uniuersā Pharaoni pecuniā & deo gloriam reddens dispensatione iustissima: cui uectigal uectigal: cui honorē honore omniū pecora: terras: censusq; collegit. ipsos autē qui semetipsos cū terris suis accipiendæ stipis taxatione uendiderāt statuta quintæ partis pactione laxauit. Hunc Ioseph: quē cōstituit deus Aegyptiis cōseruatæ salutis auctorem: quis credat ita in breui eorū excidisse memoria: ut filios eius atq; uniuersā cognationē paulo post seruitio addixerint: laboribus affecerint: internitionibus profligauerint. Quamobrē nō est mirandum: si nunc quoq; aliqui reperiuntur: qui cum a ceruicibus suis impendentem gladium prætēto christiano nomine auerterint ipsum nomē christi: quo solo salui sunt: aut dissimulēt: aut infament: grauariq; se eorū temporibus asserāt: quorū meritis liberantur.

De Amphitryone Deucalione & libero.

Illuuies. aquarum. maiorem. partem populorum Thessaliæ absumpsit.

ANno. dccc. decimo ante urbē conditam Amphitryon Athenis tertius a Cecrope regnauit: cuius temporibus aquarum illuuies maiorem partem populorum Thesaliæ absumpsit: paucis per refugia montium liberatis maxime in monte Parnaso: in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos per gemina parnasi iuga fouit aluitq;: a quo propterea genus humanum reparatum ferunt. Tunc etiam in Aethiopia pestes plurimas dirosq; morbos pene usq; ad desolationē exæstuauisse Plato testatus est. Et ne forte diuisa tēpora esse credanē iræ dei furorisq; bellici: ea tempestate subactam Indiam liber pater sanguine madefecit: cædibus oppleuit: libidinibus polluit: gentem utiq; nulli hominum unq̄ obnoxiam. uernacula tantum quiete contentam.

Hic dicitur q; populus dei in Aegypto afflictus ē: & decē plagis pcussa ē Aegyptus

Pompeius Cornelius.

ANno ante urbem conditam octingentesimo quinto infanda Aegyptiis mala atq; intolerabiles plagas incubuisse Pompeius Corneliusq; testātur. Qui quidem cum hæc ambo de Iudeis referenda proponantur: aliquantulum me pro sua diuersitate mouerunt. Ait enim Pompeius siue eius abbreuiator Iustinus hoc modo Aegyptii cum scabiem ac uitiliginem paterentur: responso moniti Moysen cum ægris ne pestes ad plures serperet terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacra Aegyptiorum furto abstulit quæ armis repetentes Aegyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt. At uero cornelius de eadem re sic ait. Plurimi auctores consentiunt cum orta per Aegyptum tabes corpora fœdaret regem Boccorum adito ammonis oraculo remedium petentem purgare regnum: & id genus hominum ut inuisum diis alias in terras uehere iussum. sic conquisitum collectumq; uulgus postquā uastis in locis relictum sit. cæteris per lachrymas torpentibus Moysen unum exulum monuisse ne quā

deorum templorum hominumue opem expectarent sed sibimet duci cœlesti crederent primo cuius auxilio præsentes miserias pepulissent. Itaque Cornelius dicit ꝙ ipsis Aegyptiis cogentibus in deserta propulsi sunt Iudei. & postea subiungit incaute ꝙ ope Moysi ducis in Aegypto miserias pepulissent. quare ostenditur quædã quæ per Moysen strenue acta sunt fuisse celata. Item Iustinus asserit pulsum æque cum populo Moysen sacra Aegyptiorum fuisse furatum: quæ Aegyptios armis recipere molientes coactos tempestatibus ac repulsos domum redisse. Et hic aliquid amplius & si non totum prodidit quod ille celauit. Quapropter quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerunt ab ipso sicut quæ per eum & gesta & dicta sunt proferantur: cum populum dei: hoc est genus Ioseph Aegyptii cuius ope salui erant seruitio oppressum labore cruciarent: insuper etiam ad necandam sobolem suam crudeli imperio cogerent: dimitti deus populum suum liberum ad seruiendum sibi per Moysen nunciũ iubet. Contẽptusq; durissimis contumaces suppliciis agit qui decem plagis onerati ac protriti tandem quos dimittere noluerant etiam festinare coegerunt. Post aquas in sanguinem conuersas ardentibus siti grauiora afferentes pœnarum remedia q̃ pœnas. Post horridos ranarum squalores per omnia munda imundaque reptantes post ignitos siniphes & nunq̃ se toto aere uibrantes pene ineuitabiles. post muscas caninas etiam per interiora membrorum horridis motibus cursitantes acerbeque inferentes tam grauia tormenta q̃ turpia: post grandem omnium pecorum & iumentorum repentinam ruinam stragemque generalem. post uesicas efferuescentes: ulceraque manantia: & ut ipsi dicere maluerunt scabiem ac uitiliginem totis corporibus erumpentem: post grandinem cũ igne permixtam passim homines armenta atq; arbores proterentẽ: post locustarum nubes exhaustis omnibus ipsas quoque radices seminum persequentes: post tenebras imaginibus diras: crassitudine palpabiles: diuturnitate ferales. postremo post uniformem in tota Aegypto primitiuæ sobolis necem: paremque per uniuersos orbitatum tempestatem qui iubenti deo non cesserant: cessere punienti. sed mox pessime pœnitentes dimissos ꝑsequi ausi ultima nefandæ peruicaciæ expendere supplicia. Nam rex eorum uniuersũ Aegypti exercitum curribus atque equitibus instructum in circumerrantes egit: cuius numerum hoc solo uel maxime argumento coniicere possumus: ꝙ eum . dc . milia uirorum timuerunt atque fugerunt. Sed protector depressorum & ultor contumacium deus diuisit subito rubrum mare: ac dilatatis utrinque marginibus rigentium undarum in montis faciem latera erecta suspendit: ut inoffensis pelagi uiis prouocatis pii uiam desperatæ salutis: impii foueam insperatæ mortis intrarent. Itaque Hebræis tuto per sicca gradientibus refusis a tergo aquarũ astantiũ molibus obruta ẽ & iterfecta cũ rege suo uniuersa Aegypti multitudo. tota prouincia plagis ante cruciata: ac postremo iterfectione uacuata ẽ. Extant etiã nunc certissima hoꝝ monumenta gestoꝝ. Nã tractus curruũq; rotaꝝ orbitæ nõ solũ in littore: sed etiã i ꝓfundo: quousque uisus admittit: perui dentur: Etsi forte ad tẽpus uel casu: uel curiositate turbant: cõtinuo diuinitus i pristinam faciẽ uentis fluctibusq; reparant: ut si quis timore dei nõ doceatur uel ꝓpalatæ religionis studio: iræ eius trãsactæ ultionis terreat exẽplo. His etiã tẽporibus adeo iugis & grauis æstus icãduit: ut sol ꝑ deuia trãsuectus: uniuersũ orbẽ nõ calore affecisse: sed igne tor

Iustinus.

aquas in sanguinẽ conuersas
horridos ranaꝝ squalores
muscas caninas.

grandinem cũ igne permyxtã.

grauis æstus solis.

Phaetontis ridiculã fabulam·

ruisse dicat.ipressuq; feruorẽ & Aethiops plus solitũ & isolitũ scytha nõ tulerit. Ex quo etiam quidam: dum non concedunt deo ineffabilem potentiam: suas inanes ratiunculas conquirentes ridiculam Phaetontis phabulam texuerunt.

De duobus fratrum filiis.

Busiris tyrãnus cruentissimus·

Progne Philomene·

Perseus

[I]Tem anno ante urbem conditam septingentesimo septuagesimo quinto inter Danai atq; Aegisthi fratrũ filios qnquaginta parricidia una nocte cõmissa sũt. Ipse deinde tantorum scelerum fabricator Danaus regno: quod tot flagitiis acquisierat: pulsus: Argos concessit. ibiq; indigne persuasis in facinus argiuis Sthenelum: qui eum profugũ egentemq; susceperat: regno expulit atq; ipse regnauit. Busiridis in Aegypto cruentissimi tyrãni crudelis hospitalitas: & crudelior tunc religio fuit qui innocẽtem hospitum sanguinem diis scelerum suorum participibus propinabat: quod execrabile sine dubio hominibus ipsis ne dum etiam diis uideri potest. Tunc etiã a progne terei & Philomene incestui parricidium adiunctum est: execrabilius utriq; conuiuiũ per infandos cibos additum est. cum propter sororis pudicitiam ereptam: præcisamq; linguã filium paruulum mater occidit. pater comedit. Iisdem temporibus Perseus a græcia in Asiam transuectus est: ibi barbaras gentes graui diuturnoq; bello domuit: & nouissime uictor nomen subiectæ genti dedit. Nãq; a Perseo persæ uocati sunt. At ego nunc cogor fateri me prospiciendi finis quommodo de tanta malorum sæculi circunstantia præterire plurima. cuncta breuiare. Nequaquam enim tam densam aliquando siluam prætergredi possem nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem.

De regno Assyriorum: quod per quinquaginta reges propemodũ actum est.

Tantalus·
Pelops·
Ganymedes·
Panocles· poeta·

[N]Am cum regnum Assyriorum per mille centum sexaginta annos usq; ad Sardanapalum per quinquaginta propemodum reges actum sit: & nunquam pene uel inferendis uel excipiẽdis usq; in id tẽpus bellis quieuerit: quis finis reperietur si ea commemorare numerando: ne dicam describendo conemur: præsertim cum & græcorum prætereunda non sint: & romanorum uel maxime recensenda sint: nec mihi nunc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia & fabulas turpiores: quorũ Tãtalus rex phrigiorum Ganymedem trois Dardaniorum regis filium cum flagitiosissime rapuisset: maiori conserti certaminis fœditate detinuit: sicut panocles poeta cõfirmat qui maximum bellum excitatum ab hoc fuisse commemorat: siue quia hunc ipsum Tãtalum utpote asseclam deorum uideri uult raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse: qui ipsum quoq; filium Pelopem epulis eius non dubitarit impendere. Tedet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atq; troianos quælibet magna referre certamina: quæ quia in fabulis cælebrari solita sunt: negligentius audiũtur. Illa quoq; prætereo quæ de Perseo & cadmo Thebanis Spartanisque per inextricabiles alternantium malorũ recursus Palephato scribẽte referũtur. Taceo flagitia Lemniadũ: prætermitto Pãdionis Atheniẽsiũ regis flebilẽ fugã: atrei & Thiestæ odia stupra & parricidia cœlo quoq; iuisa dissimulo. Omitto Oedipũ iterfectorẽ patris matris maritũ: filiorũ fratrem uictricũ suum sileri malo: Eteoclem atq; Polinicem mutuis laborasse concursibus ne quis eorum parricida nõ esset. Nolo meminisse Medeæ amore sæuo sauciæ: & pignorum paruulorum cæde gaudentis: & quicquid temporibus illis perpetratũ coniici datur:

qualiter homines sustinuerint:quod etiam astra fugisse dicuntur.

De certamine inter Cretenses & Athenienses.

a Nno ante urbem conditam quingentesimo.lx.atrocissimum inter Cretenses & Athenienses certamen fuit:ubi utrinq; populis infœliciter profligatis cruentiorē uictoriam Cretenses exercuerunt qui nobilium Atheniensium filios minotauro:utrū fero homini an humanæ bestiæ aptius dicā nescio:deuorandos crudeliter addicebant.atque informe prodigium effossis Græciæ luminibus saginabant Iisdem diebus Laphitæ & Thessali famosis nimium certauere conflictibus.Sed Thessalos Palephatus in libro primo incredibilium prodit:ipsos a Laphitis creditos dictosque fuisse centauros:eo q; discurrentes in bello equites:ueluti unum corpus equorum & hominum uiderentur.

minotaurus.

Laphite & Thessali.

Vbi Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem uendicare sibi uoluit.

a Nno ante urbem conditam.cccc.lxxx.Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem diuisas pene toto cœlo ac pelago plagas aut miscere bello aut regno iungere studens:Scythis bellum primus indixit:missis prius legatis: qui hostibus parendi leges dicerent:ad quæ Scythæ legatis responderunt. Stolide opulentissimum regem aduersus inopes sumpsisse bellum:quod timendum ipsi magis uersa uice fuerit propter incertos belli euentus:nulla præmia:& damna manifesta:porro sibi non expectandum:dum ad se ueniatur:sed ultro prædæ obuiam ituros Nec mora.nam dicta factis insequūtur.Primum ipsum Vesorem territum refugere in regnum cogunt:destitutum uero exercitum inuadunt:omnemque belli apparatum capessunt.Vniuersam quoque Aegyptum populassent:nisi paludibus impediti repulsi fuissent.Inde continuo reuersi perdomitam cædibus infinitis Asiam uectigalem fecere.ubi per.xv.annos sine pace immorati tandem uxorum flagitatione reuocantur denunciantium:ni redeant:sobolem se a finitimis quæsituras.Medio autem tempore apud Scythas duo regii iuuenes Plinos & Scholopythus per factionem optimatum domo pulsu ingentem iuuentutem secum traxere.& ĩ Cappadociæ Pōticæ ora iuxta amnem Thermodontem consederunt campis Themiscireis sibi subiectis:ubi diu proxima quæque populati conspiratione finitimorum per insidias trucidātur.Horum uxores exilio ac uiduitate permotæ arma sumunt:&:ut omnibus par ex simili conditione animus fieret:uiros:qui supererāt:interficiunt:atque accensæ in hostem sanguine suo ultionem cæsorum coniugum finitimorū excidio cōsequūtur.

Vbi amazones arma sumpserunt.

h Vnc pace armis quæsita externos cōcubitus ieūt.editos mares mox necant. fœminas studiose nutriūt:iustis ĩfantiū dexterioribus mamillis: ne sagittaȝ iactu ĩpedirētur:Vnde Aamazones dictæ.Haȝ duæ fuere reginæ:Marpesia & Lāpedo:quæ agmine diuiso ĩ duas partes uicissim curā belli & domus custodiā sortiebātur.Igit̃ cū Europā maxima parte domuissent:Asiæ uero aliquantis ciuitatibus captis:ipsæ aūt Ephesum aliasq; urbes condidissent:præcipuam exercitus sui partem onustā opulētissima præda domū reuocāt.reliquæ ad tuēdū Asiæ ĩperiū relictæ cum Marpesia regina cōcursu hostiū trucidāt̃.Huius locū capessit Orethia filia:quæ singularē uirtutibus gloriā ꝑpetua uirginitate cumulauit.Hac fama excitas gētes tanta

Marpesia.
Lampedo.

Ephesum ciuitatem ab amazonibȝ conditam.

Orethia.

Hercules.

admiratio & formido iuaserat.ut Hercules quoq̃ cũ iussus fuisset a domino suo exhibere arma reginæ:quasi ad ineuitabile piculũ destinatus:uniuersam Græciæ lectã ac nobilẽ iuuẽtutẽ cõtraxerit:nouẽ lõgas naues præparauerit:nec tãtũ cõtextus examine uiriũ ex iprouiso aggredi:& isperatas circũuenire maluerit.Duæ tũc sorores regno præerãt Anthiope & Orithyia.Hercules mari aduectus icautas iermesq̃ pacis icuria desides oppressit.itercæsas captasq̃ q̃plurimas.duæ sorores Antiope & Menalippe ab hercule:& Hyppolite a Theseo retentæ sunt.sed Theseus Hippolytem matrimonio asciuit.Hercules Menalippem sorori reddidit.& arma reginæ precio redemptionis accepit:Post Orithyiam Pentesilia regno potita est:cuius Troiano bello clarissimo inter uiros documenta uirtutis accepimus.

Pentesilea.

Hic dicitur de Gothis:quos Alexander & Cæsar esse uitandos iudicarũt.

p Rohdolor pudet terroris humani.Mulieres patria ꝓfugæ.Europã atq̃ Asiã idest plurimas fortissimasq̃ mũdi partes itrauerũt.puagatæ sũt:deleuerũt. & .c.pene annis euertẽdo urbes plurimas:atq̃ alias i cõstruẽdo tenuerũt.nec tamẽ miseriæ hoĩum pressura tẽpoꝶ deputata ẽ.Modo aũt Gethæ illi:q & nũc Gothi: quos Alexãder euitãdos ꝓnũciauit.Pyrrhus exhorruit:Cæsar etiã declinauit:relictis uacuefactisq̃ sedibus:ac totis uiribus tuti Romanas igressi ꝓuicias:simulq̃ ad terrorẽ diu ostẽtati societatẽ Romani fœderis precibus sperãt:quã armis uẽdicare potuissent.exiguæ habitatoĩs sedẽ nõ ex sua electõe:sed ex nostro iudicio rogãt:q̃bus subiecta & parẽte uniuersa terra:præsumere:q̃d esset libitũ:libeꝶ fuit.semetipsos ad tuitionẽ Romani regni offerũt:quos solos iuicta regna timuerũt:& tamẽ cæca gentilitas cũ hæc Romana uirtute gesta nõ uideat:fide Romanoꝶ ipetrata nõ credit.nec acquescit cum intelligat:cõfiteri beneficio christianæ religionis:quæ cognatam per omnes populos fidem iungit:eos uiros sine prælio sibi esse subiectos:quorum fœminæ maiorem terrarum partem immensis cædibus deleuerunt.

Gothi olim Gethæ dicti.

De raptu Helenæ:& coniuratione Græcorum.

a T uero ante urbẽ cõditã.ccc.tricesimo & amplius anno raptus Helenæ:cõiuratio Græcoꝶ:& cõcursus mille nauiũ:dehĩc decẽnalis obsidio:ac postremo famosum Troiæ excidiũ prædicat̃:i quo bello p decẽ annos cruẽtissime gesto:quas natões:quãtosq̃ populos idẽ turbo iuoluerit:atq̃ afflixerit.Homerus poeta i primis clarus lucuẽtissimo carmine palã fecit.nec p ordinẽ nunc retexere nostrũ est:qa & opi logũ & oĩbus notũ uidet̃.Verũtamẽ q diuturnitatẽ illius obsidionis euersionis atrocitatẽ:cædẽ captiuitatẽq̃ didicerunt:uideãt:si recte isto:qualiscũq̃ est præsentis tẽporis statu offendũtur:quos hostes occulta misericordia dei cũ per omnes terras instructis copiis persequi possent:pacis gratia prætentis obsidibus per omnia maria sequuntur:& ne forte hæc quietis amore facere credantur:seipsos ac pericula sua pro romanorum pace aduersus alias gentes offerunt.

Aeneæ in Italiam aduentus.

p Aucis præterea annis iteruenietibus Aeneæ ꝓfugi ex Troia aduẽtus i Italiã quæ arma cõmouerit:qualia p trieniũ bella excitauerit:quãtos populos ipli cuerit:odio excidioq̃ afflixerit ludi litterarii disciplina nostræ quoq̃ memoriæ insitum est.Hoꝶ præterea tẽpoꝶ medio iteriacent exilia naufragiaq̃ Græcorum

Pelopensium clades. Codro moriente. fatorum ignari Thraces noua in bella surgentes. & generalis tunc per totam Asiam Græciamque commotio.

De Sardanapalo rege Assyriorum nouissimo.

a Nno ante urbẽ cõditã .lxiiii. nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapalus: uir muliere corruptior: qui inter scortorũ greges fœmineo habitu purpurã collo tractans a præfecto suo Arbacto: qui tunc Medis præerat uisus atq; execrationi habitus: mox etiã excitis Medorũ populis ad bellũ prouocatus & uictus ardẽti pyræ se iniecit. Exhinc regnũ Assyriorũ in Medos cõcessit. Deide multis præliis undiq; scatẽtibus: quæ per ordinẽ disserere nequaquã aptũ uidetur per uarios prouetus ad Scythas Chaldeosq; & rursus ad Medos parili uia rediit. In qua breuitate pensandũ est: quãtæ ruinæ cladesq; gẽtiũ fuere: quãta bella fluxerũt: ubi totiens tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis Phraortes ĩperitauit: qui creberrimis Persarũ Assiriorũq; bellis uiginti & duos regni sui annos consumpsit. Post huc Diocles regnauit: uir armis expertissimus semperq; bellis ĩmoratus: q auctũ late imperiũ moriens Astyagi dedit. Astyages uirili prole uacuus Cyrũ nepotẽ apud Persas genitũ habuit. Sed Cyrus mox ut adoleuit: congregata Persarũ manu auo certamen indixit. Porro Astyages oblitus sceleris sui: qđ i Harpalũ dudũ admiserat: cũ filiũ eius unicũ & paruulũ iterfecit: epuladũq; patri apposuit: ac ne quid infœlicissimæ orbitati fœlix ignorãtia subtraheret: ĩfames epulas ostẽsis patri cũ capite manibus ĩproperauit. Huius ergo facti ĩmemor ipsi Harpalo summã belli cõmisit: q acceptũ exercitũ statim Cyro per proditionẽ tradidit: quo cõperto Astyages raptis secũ copiis in Persas ipse pficiscit̃. acriusq; certamẽ istaurat: pposito suis metu: siquis de prælio cedere moliretur ferro exciperet̃: qua necessitate iĩtãc Medis pugnantibus: pulsa iterũ Persarum acies cũ paulatim cederet: matres & uxores eorũ obuiã occurrit: orãt i præliũ reuertãtur. Cũctãtibus sublata ueste obscœna corporis ostẽdũt: quærentes: nũ in uteros matrũ uel uxorũ uellent refugere. Quo facto erubescẽtes i præliũ redeũt. & facta ĩpressione quos fugiebãt: fugere cõpellũt. Ibi tunc Astyages capit̃: cui Cyrus nihil aliud q̃ regnũ abstulit. cũq; maxime Hyrcanorũ genti præposuit. In medos uero ipse reuerti noluit. Is finis ĩperii medorũ fuit. sed ciuitates quæ tributariæ medorum erãt: a Cyro defecerant: quæ res Cyro multorum bellorum causa & origo extitit.

Quod Phalaris Siculus tyrannidem arripuit.

e A tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrãnide depopulabatur: qui crudelis mente: commentis crudelior: omnia nefarie in innocẽtes agens inuenit aliquando quem iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidã æris opifex affectans tyranni amicitiam aptum munus crudelitati illius ratus taurũ æneum fecit: cui fabre ianuam e latere composuit: quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut cum inclusis ibidem subiectis ignibus torreretur sonum uocis extortæ capacitas concaui æris augeret: pulsuq; ferali competens imagini murmur emitteret: nefarioque spectaculo mugitus pecudis: non gemitus uideretur. Sed Phalaris factũ amplexus factorem execratus: & ultioni materiam præbuit & crudelitati. Nã ipsum opificem sua inuentione puniuit. Fuerat etiam paulo superiori tempore apud Latinos rex Romulus: qui per annos. xviii. flagitiis impietatibusque crescens ad po-

[Marginal manuscript notes:]
Regnũ Assyriorũ in medos concessit.
Phraortes Rex Medorũ.
Diocles Rex Medorũ.
Astyages Medorũ Rex.
Cyrus Persarũ Rex.
Mulierũ Persarũ exhortatio stupenda erga eorũ viros.
Perillus bouis enei opifex.
Romulus Rex apud Latinos.

ſtremum diuino iudicio flumine interceptus matura ſupplicia immatura ætate exoluit. Eligant nunc: ſi uidetur: latini & Siculi: utrũ in diebus Romuli & Phalaris eſſe maluiſſent: innocentium uitas pœnis extorquentium: an his temporibus chriſtianis cum imperatores Romani ipſa in primis religione compoſiti poſt cõmunitas reipublicæ bono tyrannides ne ipſorum quidem iniurias exigunt tyrannorum.

De bello Peloponnenſium & Atheníenſium.

Anno ante urbem conditam. xiii. Peloponnenſium Atheniẽſiumq; maximũ bellũ totis uiribus animiſq; commiſſum eſt: In quo cædibus mutuis ad hoc coacti ſunt: ut uelut uicti ſe ab alterutro ſubtraherẽt: belloq; diſcederẽt. Tũc etiã Amazonum gentis & Cimmeriorum ĩ Aſiam repentinus ĩcurſus: plurimã diu lateq; uaſtationem ſtrageq; edidit. Anno uiceſimo ante urbem conditam Lacedæmonii contra Meſanios propter ſpretas uirgines ſuas ĩ ſolẽni Meſaniorum ſacrificio per annos .xx. ĩdefeſſo furore bellantes ruinæ ſuæ totas Græciæ uires ĩplicuerũt: q cũ ſe magnis execrationibus deuouiſſent: ſacramentiſq; obſtrinxiſſent domũ niſi Meſana expugnata nũquã eſſe redituros: ac per decem annos longa fatigati obſidione: nec tamen aliquẽ uincendi fructũ adepti. porro autẽ & querelis uxorum ſup longa uiduitate: & periculo ſterilitatis conteſtantium p̃mori reuocarent̃: conſultatione habita ueriti: ne intercepta ſpe ſobolis ſibi magis hac perſeuerantia: q̃ meſaniis perditio nutriret̃: ſelectos ĩ exercitu eos: qui poſt iuſiurandum in ſupplemẽtum militiæ uenerant. Spartam remittunt: qbus p̃miſcuos omnium fœminarum concubitus p̃miſere: infami ſatis nec tamẽ utili licẽtia. Ipſi autẽ p̃poſito inſiſtentes expugnant: fraudeq; Meſanios uictos ſeruitio premunt. At illi cruentam diu dominationem inter ubera & uincula perpeſſi iugũ excutiũt: arma ſumũt. bellũ inſtaurant. Lacedæmonii Tyrteũ poetam Athenienſem ducem p̃lio legũt: q tribus conflictibus fuſi amiſſum exercitũ: uocata in libertatem ſeruorum manu: ſuppleuerũt. Sed cum ſic quoq; deſiſtẽdum certamine p̃pter metũ p̃iculi arbitrarẽtur. Tyrtei poete & ducis cõpoſito carmine: & p̃ cõtione recitato: rurſus accenſi mox in certamen ruũt. Tantaq; ui aiorum concurſum eſt: ut raro unquã cruentius præliũ exarſerit. At poſtremũ tamẽ uictoria Lacedæmoniorum fuit. Tertio Meſanii reparauere certamen. nec Lacedæmoniis mora in auxiliũ copias multas utrinq; duxerũt: Athenienſes uero Lacedæmonios alibi intentos diuerſo aggredi parãt. nec Lacedæmonii quieuere. Nam ipſi in Meſanios occupati Peloponẽſes imiſerũt: qui Athenienſes bello exciperent Athenienſes aũt miſſa in Aegyptũ parua claſſe impares uiribus nauali congreſſu facile uincunt̃. Dehinc recepta claſſe aucti etiã militum robore uictores in prælium uocant. Lacedæmonii quoq; omiſſis Meſaniis in Athenienſes arma conuertunt. Diu graues & uariæ pugnæ & anceps uictoriæ ſtatus. quare ad poſtremum pendente euentu utrinque diſceſſum eſt. Sciendum tamen eſt: ipſam eſſe Spartam: quam Lacedæmoniã ciuitatẽ dicunt: atq; ĩde Lacedæmonios Spartanos dici. Igitur inde reuocati Lacedæmonii ad Meſaniorum bellum: ne medium tempus ocioſum Athenienſibus relinquerẽt: cum Tebanis paciſcuntur: ut Boetiorum ĩperium eis reſtituerent: quod tẽporibus belli Perſici amiſerant ſi illi Athenienſium bella ſuſciperent. Tantus furor Spartanorum erat: ut duobus bellis implicitĩ ſuſcipere terminum non recuſarent: dummodo inimicis ſuis hoſtes acq̃rerẽt. Athe

promiſcuos omnium feminarum concubitus Lacedemoniis ex lege permiſſos

Tyrteus poeta

Lacedemonios Spartanos dici

nie̅ses tãta belloꝝ te̅pestate permoti duos ~~dies~~ duces deligu̅t. Pericle̅ spectatæ uirtutis uiru̅ & Sophocle̅ scriptore̅ tragœdiaꝝ: q diuiso exercitu & Spartanoꝝ fines populati su̅t & multas Asiæ ciuitates Atheniensiu̅ iperio adiecerũt: Hinc porro per annos. l. icerta semper uictoria terra mariq; pugnatũ est: donec Spartani & opibus iminutis: & fide ꝓfligata sociis quoq; ꝓbro fuere. Sed hæc p tot ætatum uolumina icubuisse Græciæ paruipendit̃. Nũc aũt iterpellari iterdiu uoluptates & ipediri parũq; libidines nõ sustinetur: q̃q̃ inter illius temporis homines atq; istius hoc interest. ꝙ illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant: quia ĩ his nati uel enutriti erãt: & meliora non nouerant. Isti aute̅ perpetuo in uita sua tranquillitatũ & deliciaꝝ sereno assuefacti: ad omne uel modicũ obductæ sollicitudinis nubilũ commouentur. Atq; utinã ipsum depulsorem huius uel modicæ inquietudinis precarentur: cuius munere hanc ignoratam aliis te̅poribus iugitatem pacis habuerunt. Et quoniam spopondisse me memini: cũ ueluti articulis quibusdã dice̅di ordine̅ definire̅: dictuꝝ me esse ab orbe cõdito usq; ad urbe̅ conditã: huic uolumini: quod ab orbe condito explicuimus: finis hic sit ut ab urbe cõdita sequens libellus incipiat: qui contextiora illoꝝ temporũ mala exercitatioribus quippe ad nequiciam atque eruditioribus hominibus continebit.

Pauli Orosii historiarum secundi libri initium.

Eminem iam esse hominum arbitror: quem latere possit: ꝙ hominem ĩ hoc mũdo deus fecerit. unde etiã pacãte homine mũdus arguitur. ac propter nostrã ĩtemperãtiã comprimendã terra hæc: ĩ qua uiuimus: defectu cæteroꝝ animaliũ & sterilitate suoꝝ fructuũ castigat̃. Itaq; si creatura dei merito: & dispe̅satio dei sumus: quis magis diligit eam: q̃ ille qui fecit? Quis aũt ordinatius regit: q̃ is: qui & fecit & diligit? Quis uero sapie̅tius & fortius ordinare & regere facta potest: q̃ qui & facienda prouidit: & prouisa perfecit? Quapropter omnem potestatem a deo esse: omnemq; ordinationem & qui non legunt sentiunt: & qui legunt cognoscunt. Quod si potestates a deo sunt: quãto magis regna: a quibus reliquæ potestates progrediuntur? Si aũt regna diuersa: quãto æquius regnũ aliquod maximum cui reliquoꝝ regnoꝝ potestas uniuersa subiicitur? Quale a pricipio Babylonicũ: & deide Macedonicũ fuit. post etiã Aphricanũ: atq; ĩ fine Romanũ: quod usq; ad nũc manet: eadeq; ieffabili ordinatõe p quattuor mundi cardines. iiii. regnoꝝ pricipatus fuere distictis gradibus emine̅tes: ut Babylonicũ regnũ ab orie̅te. a meridie Carthagine̅se. a septe̅trione Macedonicũ. ab occide̅te Romanum: quorum iter primum & nouissimum: idest iter Babylonicum & Romanum: quasi inter patrem senem ac filium paruum Aphricanum & Macedonicum breuia & media: quasi tutor curatorque uenerũt: potestate temporis nõ iure hæreditatis admissa: Quod utrum ita sit: apertissime expedire curabo.

De Nino rege Assyriorum occiso.

Ex primus apud Assyrios: qui eminere cæteris potuit: Ninus fuit. Occiso Nino Semiramis uxor eius totius Asiæ regina Babyloniam urbem instaurauit: caputq; regni Assyrii: ut esset: instituit. Regnum assyriorum diu inconcussa potentia stetit. sed cum Arbactus: quem alii Arbacem uocãt: præfectus Medorum: ideq; natione Medus Sardanapulũ rege̅ suũ apud Babyloniã interfecisset: regni

Periclis
Sophocles scriptor tragediaꝝ

quatuor regnoꝝ pricipatus eminentes.

Babyloniam urbem caput regni assyrioꝝ.

Procas Rex apud Latinos. pr. Amulii et Numitoris. et auus Rheae Siluiae. que mater fuit Romuli.

nomē & summā ad Medos trāstulit. Ita Nini & Babylonis regnū eo anno i Medos deriuatū est: quo anno apud Latinos Procas Amulii & Numitoris pater: auus autem Rheæ Siluiæ: quæ mater Romuli fuit: regnare cœpit. Vt aūt omnia hæc ieffabilibus mysteriis & pfundissimis dei iudiciis disposita: nō aut humanis uiribus aut icertis casibus accidisse pdoceā: omnes historiæ antiquæ a Nino icipiunt. omnes historiæ Romanæ a Proca exoriūtur. Deide a primo anno iperii Nini usq̧ quo Babylon a Semiramide istaurari cœpta est: iterueniūt anni. lxiiii. Et a primo anno Procæ cū regnare cœpit usq̧ ad cōditionē urbis factam a Romulo: itersunt anni æque. lxiiii. Ita regnante Proca futuræ Romæ sementis iacta est. etsi nōdū germē apparet. Eodem anno ipsius Procæ regni Babylonis regnū defecit: etsi adhuc babylon ipsa cōsistit. Discedēte autē Arbacto in Medos partē regni penes se retinuere Chaldei: qui babyloniā sibi aduersum Medos uēdicauerūt. Ita Babyloniæ potestas apud medos. proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi aūt ppter antiquā regiæ urbis dignitatē nō illam suā: sed se illius uocari maluerunt. Vnde factū est: ut Nabuchodonosor cæteriq̧ post eū usq̧ ad Cyrū reges q̄uis Chaldæorum uiribus potentes. & Babyloniæ nomine clari legantur: i numero tamen & ordine regum nō habeātur illustrium.

Babylonie potestas apud medos. proprietas apud Caldeos fuit.

Nabuchodonosor rex.

Q uādo Babylon illa cecidit. & Roma surrexit.

Abylon itaq̧ eo anno sub Arbacto præfecto dehonorata est: quo Roma sub Proca rege ut pprie dixerim seminata est. Babylon nouissime eo tēpore a Cyro rege subuersa: quo primū Roma a Tarquiniorū regū dominatione liberata est. Siquidem sub una eademq̧ conuenientia temporum illa cecidit: ista surrexit. Illa tunc primum alienigenarum perpessa dominatum: hæc tunc primum etiam suorū aspernata fastidiū. Illā tūc quasi moriēs dimisit hæreditatē. hæc uero pubescens tūc se agnouit hæredē. Tūc oriētis occidit iperiū: & ortū est occidētis. Et ne diutius uerbis morer: cōmitto me dētibus isaniētiū: sed ueritatis præsidio liberādū. Regnauit Ninus annis. lii. Medio imperii sui tempore Babyloniam caput regni condidit.

De Babylone & Roma.

Tem babylon post annos. M. c. lxiiii. q̄ condita erat a Medis & Arbacto rege eorum: præfecto autem suo spoliata opibus & regno: atque ipso rege priuata est. ipsa tamen post aliquandiu mansit incolumis. Similiter & Roma post annos totidem. hoc est. M. c. lxiiii. a Gothis & ab Alarico rege eorum: comite autem suo irrupta: & opibus spoliata: non regno: manet adhuc: & regnat incolumis: quamuis intantum arcanis statutis in utranque urbē conuenientiæ totius ordo seruatus sit: ut & ibi præfectus eius Artabus regnum inuaserit: & hic huius præfectus Attalus regnare tentauerit: tam&si apud hanc solam merito christiani imperatoris Honorii attentatio prophana uacuata sit. Itaque hæc ob hoc præcipue commemoranda credidi: ut tanto arcano ineffabilium iudiciorum dei ex parte patefacto intelligant hi: qui insipienter utique de temporibus christianis murmurant: unum deum disposuisse tempora: & in principio Babyloniis & in fine Romanis. Illius clæmentiæ esse: quod uiuimus. quod autem misere uiuimus intemperantiæ nostræ. Ecce similis Babyloniæ ortus. & Romæ similis potentia. similis magni-

tudo.ſimilia tēpora.ſimilia bona.ſimilia mala.tametſi non ſimilis exitus ſimiliſue defectus.Illa enim regnum amiſit.hæc retinet.Illa interfectione regis orbata.hæc icolumi imperatore ſecura eſt.Et hoc quare? quoniam ibi in rege libidinum punita turpitudo.hic chriſtianæ religionis cōtinētiſſima æquitas i rege ſeruata eſt.Ibi abſq; religionis reuerentia auiditatem uoluptatis licētia furoris impleuit.hic & chriſtiani fuerunt:qui parcerent:& propter quorum memoriā.& i quoꝝ memoria parceret.Quapropter deſināt religiōem lacerare:& laceſſere patientiam dei ꝓpter quā habēt quod habent:& utinam hoc quoque impunitū habeāt:ſi aliquādo deſiſtant. Recolant ſane mecū maioꝝ ſuorū tempora bellis inquietiſſima:ſceleribus execrabilia:diſſenſionibus fœda:miſeriis cōtinuatiſſima:quæ & merito poſſunt horrere:qui affuere:& neceſſario debent rogare:ne ſint.eum ſane rogare ſolum deum:qui & tunc occulta iuſticia permiſit ut fierent.& nūc aperta miſericordia præſtat:ut non ſint:quæ modo a me plenius ab ipſo urbis exordio peruolutis per ordinem hiſtoricis proferentur.

Vrbs Roma in italia condita.

1 Nno igitur poſt euerſionem Troiæ circiter.ccc.xxxv.Olympiade aūt ſexta: quæ quinto demum āno quatuor ī medio expletis apud Elidem Græciæ ciuitatem agone & ludis exercere ſolet:urbs Roma i Italia a Remo & Romulo geminis auctoribus condita eſt:cuius regnū cōtinuo Romulus parricidio imbuit pariq; ſucceſſu crudelitatis ſine more raptas ſabinas improbis nuptiis confœderatas maritoꝝ & parentū cruore dotauit.Itaq; Romulus iterfecto primum auo Numitore:dehīc Remo fratre arripuit imperiū.urbemq; cōſtituit Regnū aui.muros fratris.templū ſoceri ſanguine dedicauit.ſceleratorum manu ꝓmiſcua impunitate collegit. Primus illi campus ad bellum forum urbis fuit.mixta ſimul externa ciuiliaque bella nunquā defutura ſignificans.Sabinorum:quos fœdere ludiſque pellexerat:fœminas tam inhoneſte præſumpſit:q̄ nefarie defendit.Ducem eorum Titum Tatium ſenem honeſtis pietatis cauſis inſiſtentem:diu armis propulſatum mox ut in ſocietatem regni aſſumpſit:occidit.Cum Veientibus prælium adhuc paruo nomine magnis uiribus agitatum eſt.Cēninenſium captum ac dirutum oppidum.aſſumptis ſemel armis nunq̄ quies fuit:quippe quibus egeſtas turpis atque obſcœna fames domi timeretur ſi unquā paci acquieuiſſent.Iam hinc inceſſabilia certamina:& iuxta quantitatem uirium ſemper grauia q̄ breuiſſime ſtrinxero:Tullum Hoſtilium militaris rei inſtitutorem fiducia bene exercitatæ iuuentutis Albanis intuliſſe bellum:& diu altriſecus ſpe incerta certaque clade tandem peſſimos exitus & dubios euentus compendioſa ter geminorum congreſſione fuiſſe. Rurſus pace dirupta Metium Suffetium Fidennate bello meditata etiam proditione ſuſpenſum:curribus in diuerſa raptantibus duplicis animi noxam pœna diuiſi corporis expendiſſe.Latinos Anco Martio duce ſæpe congreſſos:aliquando ſuperatos.Tarquinium Priſcum omnes finitimos & potentes tūc xii.Thuſciæ populos innumeris concidiſſe cōflictibus.Veientes Seruo Tullio iſiſtēte uictos fuiſſe nec domitos:Tarqnii ſupbi regnū occiſo ſocero ſcelere aſſūptū:hita in ciues crudelitate detētū flagitio adulteratæ Lucretiæ amiſſū:& itus domeſtica uicia uirtuteſq; foriſecus emicātes.i.oppida ualida i Latio p eū capta Ardeā Ocricolū Sueſſā

Romulus
Sabinas raptas.
Titū Tatium Romuli ſortcuz
Tullus hoſtilius militaris rei inſtitutorem.
Metium ſuffetium
Ancus Martius.
Tarquinius priſcus
Tarquinius Superbus.

Pometiamque & quicquid in Gabios uel fraude propria uel pœna filii uel Romanis uiribus perpetrauit. Sed Romani quanta mala per.cc.xl.&.iiii.annos continua illa regum dominatione pertulerint non solum unius regis expulsio: uerum etiam ab iuratio regii nominis & potestatis ostendit. Nam si unius tantum superbia fuisset in culpa ipsum solum oportuisset expelli seruata regia dignitate. Melioribus igitur regibus urbe propulsis Romani consulendum sibi q̄ cuiq̄ suæ libertati dominandum rati consules creauerunt quibus ueluti adulta reipublicæ crescentis ætas robustioribus ausis exercebatur.

Brutus primus consul Roman. A Nno post urbem cōditam.cc.xliiii. Brutus primus apud Romanos consul primum conditorem regemque Romæ nō solum exæquare parricidio: sed & uincere studuit. Quippe duos filios adolescentes totidemque uxoris suæ fratres Vitellios iuuenes reuocandorum in urbe regum placitos insimulatos in concionem protraxit uirgis cecidit securique percussit. Ipse deinde Veientum Tarquiniensiumq; bello cum Arunte superbi filio congressu sibi commortuoque procubuit. Porsenna rex Hetruscorum grauissimus regii nominis suffragator Tarquiniensiū manum ingerens tribus continuis annis trepidam urbem terruit. conclusit. obsedit. & nisi hostem uel mutuis constanti urendæ manus patientia uel uirgo Chlœlia admirabili transmeati fluminis audacia permouisset: profecto Romani compulsi fuissent p̄peti aut captiuitatem hoste insistente superati: aut seruitutem recepto rege subiecti. Post hæc Scabini corrasis undique copiis magno apparatu belli romani contendunt quo metu consternati romani dictatorem creant cuius auctoritas & potentia consulem præiret: quæ res in illo tunc bello plurimum emolumenti tulit. Sequitur discessio plæbis a patribus cum Marco Valeriano dictatore delectum militum agente uariis populis stimulatus iniuriis sacrum montem insedit armatus. qua pernicie quid atrocius: cum corpus a capite defectum perditionem eius: per quod spirabat: meditaretur actumque de Romano nomine intestina pnicie foret: nisi maturata reconciliatio sub repsisset prius: q̄ se discessio ipsa cognosceret. urget .n. se atq; imminet sibi extra illas apertas bellorum clades successu misero clandestina pernicies. Quippe Tito Gessonio & Publio Numitio consulibus duo uel maxima omnium malorum abominamēta fames & pestilentia fessam urbem corripuere. Cessatum est paulisper a præliis: cessatum tamen a mortibus non est. Veientes & Hetrusci graues hostes adiunctis sibi finitimorum copiis in bella surgentes obuiis Marco Fabio & Gneo Manlio consulibus excipiuntur: ubi post sacramentum iurationis: quo se Romani deuouerant: non nisi post uictoriam ad castra redituros: adeo atrox certamen fuit: ut uictis uictoribusque par forma esset. & amisso plurimo exercitu: occisisque in pugna Manlio consule & Fabio consulari Marcus fabius consul oblatum sibi a senatu triumphum suscipere recusaret: quia tantis reipublicæ detrimentis luctus potius debebatur. Gloriosissima illa numero & uiribus Fabioꝝ familia Veientanū sortita certamē quātā reipublicæ orbitatē occasu suo ītulerit: ī famibus usq; nūc uocabulis testes sūt fluuius q̄ pdidit & porta quæ emisit. Nā cū sex &.ccc. Fabii uere clarissima Romani status lumina speciale sibi aduersū Veiētes decerni bellū expetiuissēt: spē temere sūptæ expeditiōis primis successibus firmauerūt. Dehīc īducti ī īsidias circūuentiq; ab hostibus oēs ibidem

Marginal manuscript notes: Brutus primus consul Roman. — fratres Vitellios. — Porsenna rex hetruscorum. — Chloelia virgo. — Dictatoris creatio. — Plebis discessio a patribus. — Gloriosissima numero & viribus Fabiorum familia.

trucidati sunt:uno tantum ad enunciandam cladem reseruato : ut miserius audiret patria perditos:q̄ perdidisset.Ad hæc non Romæ tantum talia gerebantur . sed quæque ꝓuincia suis ignibus æstuabat.& quod poeta præcipuus in una urbe descripsit:ego de toto orbe descripserim.Crudelis ubique luctus.ubique pauor.& plurima mortis imago.

De regno persarum & Cyro rege.

IGitur eodem tempore Cyrus rex Persarum:quem superius explicandæ historiæ causa commemoraueram:qui tunc Asiam:Scythiam:totumque orientem armis peruagabatur:cum Tarquinius superbus urbem :uel rex : uel hostis aut seruitio premebat:aut bello: Cyrus:ut dixi:cunctis: aduersum quos ierat: perdomitis:Assyrios & Babyloniã petit gentem.urbemque tunc cunctis opulentiorẽ sed impetum eius Ganges fluuius secundæ post Euphratem magnitudinis intercepit Nam cum unum regiorum equorum candore formaque præcipuum cũ equite trãsmeandi fiducia persuaso:qua per rapacem alueum offensi uada uorticis attollebant abreptum præcipitatumq; mersisset:rex iratus ulcisci in amnem statuit.contestans eũ qui tam præclarum equum equitemque uorasset.fœminis uix genua tangentibus a se permeabilem relinquendum. Nec in peragendo segnior totis copiis perpete anno Gangem fluuium per magnas concisum deductumque fossas i. cccc.&.lx.alueos comminuit. Eo opere perdoctis fossoribus etiam Euphratem longe ualidissimum & mediam Babyloniam interfluentem deriuauit.Ac sic meabilibus uadis siccũ.etiã patentibus aluei partibus iter fecit:cepitq; urbem .quã uel opere humano extrui potuisse:uel humana uirtute:destrui posse utrunque pene incredibile apud mortales erat.Nanque Babyloniam a Nembroth gygante fundatam:a Nino uel Semirami de reparatam multi prodidere.Hæc campi planicie undique conspicua : natura loci lætissima castroꝝ facie mœnibus paribus per quadrum disposita murorum eius uix credibili relatu firmitas & magnitudo.i.latitudo cubitoꝝ.l.altitudo q̄ter tãta.Cæterũ ambitus eius.cccc.lxxx.stadiis circũuenit.Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus fossa extrinsecus late patẽs uice amnis circunfluit.A frõte murorum .c.portæ æreæ.Ipsa autem latitudo in consumatione pinnarum utroque latere habitaculis defensorum æque dispositis media intercapedine actas quadrigas capit: domus intrinsecus quater geminæ habitationes minaci proceritate mirabiles. Et tamen magna illa Babylon prima post reparationẽ humani generis condita.nunc pene etiã minima mora uicta:capta:ac subuersa est.Ibi tũc Crœsus rex Lydorum famosus opibus:cum ad auxiliandum Babyloniis uenisset:uictus sollicitusque in regnum refugit Cyrus autem posteaq̄ Babyloniam ut hostis inuasit:ut uictor euertit:ut rex disposuit:bellum transtulit in Lydiam:ubi conterritum superiore iam prælio exercitum nullo negocio superauit.Ipsum etiam Crœsum cepit:captumque uita & patrimonio donauit.Exaggerare hoc loco mutabilium rerum instabiles status non opus est : quicquid enim est opere & manu factum labi & consumi uetustate Babylon capta confirmat:cuius ut primum imperium ac potentissimum extitit:ita primum cessit:&:ueluti quodam iure succedentis ætatis debita posteris traderetur hæreditas:ipsis quoque eãdem tradendi formulam seruaturis:ita ad proxima aduentantis Cyri tentamenta succubuit magna Babylon:& ingens Lydia . amplissima orientis cum capite suo bra-

Ganges fluuius secunde post Euphrate magnitudi

Ganges fluuius Cyri iussu i. cccclx alueos deriuatum

Babylonia a Nembroth gigante fundatam.

Croesus rex lydorum

chia:unius prælii expeditione ceciderunt.& nostri in circunspecta anxietate causan tur:si potentissimæ illæ quondam Romanæ rei publicæ moles nunc magis inbecilli tate propriæ senectutis:q̃ alienis concussæ uiribus contremiscunt.

Cyrus scythis bellũ itulit:& a Tomyri regina quæ tũc eis præerat:uictus & occisus ẽ.

Gitur Cyrus proximi temporis successu Scythis bellum intulit: quem Tomyris regina:quæ tunc genti præerat cum prohibere trãsitum araxis fluminis posset:transire permisit:primum propter fiduciam sui:dehinc ꝑpter opportunitatem ex obiectu fluminis hostis inclusi.Cyrus itaq; Scythiam ingressus ꝓcul a transmisso flumine castra metatus.insuper astu eadem instructa uino epulisq; deseruit:quasi territus refugisset.Hoc comperto regina tertiam partem copiarum & filium adolescentulum ad persequendum Cyrum mittit. Barbari ueluti ad epulas inuitati primum ebrietate uincuntur.mox reuertente Cyro uniuersi cum adolescente obtruncantur.Tomyris exercitu ac filio amisso uel matris:uel reginæ dolorem sanguine hostium diluere promptius:q̃ suis lachrymis parat.Simulat diffidentiam desperatione cladis illatæ:paulatimq; cedendo Superbum hostem in insidias uocat.Ibi quippe compositis inter montes insidiis.cc.M.Persarum cum ipso rege deleuit:adiecta super omnia illius rei admiratione: q̃ nec nuncius quidem tantæ cladis superfuit.Regina caput Cyri amputari:atque i utrem humano sanguine oppletum conii ci iubet:non muliebriter increpitans.satia te sanguine: quem sitisti:cuius per annos triginta insatiabilis perseuerasti.

Darius post aliquantum temporis:occiso Cyro rege regnum suscepit.

Nno ab urbe condita.cc.xl.quinto Darius.Cyro apud Scythas interfecto: post aliquantulum iteruallum sorte regnum adeptus est.Regnauit.n.medius eorum Cambises Cyri filius:qui deuicta Aegypto cunctam Aegypti religionem abominatus cærimonias & templa eius deposuit. Post hunc etiam magi duo sub nomine quem occiderant:regis regno obrepere ausi:qui quidem mox deprehensi & oppressi sunt:Darius itaque unus ex his qui magorum audaciam ferro coercuerant:consensu omnium rex creatus est:q postq̃ Assyrios ac Babyloniam Persaꝝ regno deficiente bello recuperauit:Attyro rege Scytharum hac uel maxime causa bellum intulit:q̃ filiæ eius petitas sibi nuptias non obtinuisset. Magna scilicet necessitas pro unius libidine hominis.dvii.M.uirorum periculo mortis exponi incredibili quippe apparatu cum.dvii.M.armatorum Scythiam ingressus: non facientibus hostibus iuste pugnæ potestatem:insuper repentinis in curribus extrema copiarum dilacerantibus:metuens ne sibi reditus interrupto ponte Istri fluminis negaretur:amissis.lxxx.M.bellatorum trepidus refugit:quãuis hunc amissorum numerum inter damna non duxerit:& quem habendum uix quisquã ambire ausus esset:ꝑditum ille non sensit.Inde Asiam Macedoniamq; aggressus perdomuit:Ionas quoq; nauali congressione superauit. Deinde in Athenienses: q̃ Ionas aduersum se auxilio iuuissent:impetum fecit.atque arma direxit:Porro Athenienses ubi aduentare Darium compererunt:quamuis auxiliũ a Lacedæmoniis:poposcissent tamen cum detineri Persas quatriduanæ religionis ocio compertum haberent:spem occasione sumentes instructis tantum.x.M.armatorum ciuium: & Platæensibus auxiliaribus

Cambises Cyri filius.

Attyrus rex Scythaꝝ.

.M.aduersum.dc.milia hostium campis Marathoniis proruperunt. Melciades ei tunc bello præfuit:qui celeritate magis q̃ uirtute fretus alacri satis expeditione prius hosti cominus inhæsit:q̃ posset expedito sagittarum iactu propulsari. Tanta in eo bello diuersitas certandi fuit:ut ex alia parte uiri ad occidendum parati:ex alia pecudes ad moriendum præparatæ putarentur.cc.M.Persarum apud campos Marathonios ea tempestate ceciderunt.Sensit Darius hoc damnum.Nam uictus fugatusque arreptis nauibus refugit i Persas.Cum autem instauraret bellum:& ulcisci in uictores moliretur: in ipso apparatu concidit olympiade septuagesimaquarta : hoc est post urbem conditam anno.cc.lxx.quinto:quo tempore Romæ Popilia uirgo ob crimen stupri uiua defossa est.Xerxes Dario patri in regno succedens bellum aduersus Græciam a patre susceptum:per quinquennium instruxit:quod Demaratus Lacedæmoniis:qui tunc forte apud Xerxen exulabat:per tabellas primum scriptas:deinde cæratas suis prodidit.

Melciades Dux Atheniensiu.

Diuersitas certandi: vt ex alia parte viri ad occidendũ parati: ex alia peccudes ad moriendum preparatæ putarentur

Popilia virgo ob crimen stupri viua defossa est.

Demaratus.

Xerxes Dario in regnum patris successit.

Igitur Xerxes.dcc.M.armatorum de regno.&.ccc.M. de auxiliis: rostratas etiam naues.M.cc. onerarias autem tria.M. numero habuisse narratur. ut merito inopinato exercitui immensæque classi uix ad potum flumina:uix ad ingressum terras:uix maria ad cursum suffecisse memoratum sit.Huic tam incredibili temporibus nostris agmini:cuius numerum nunc difficilius est astrui : q̃ tunc fuit uinci.Leonides rex Spartanorum cum.iiii.M. hominum in angustiis thermopylarum obstitit.Xerxes autem contemptu paucitatis obiectæ iniri pugnam.conferi manum imperat.Porro illi:quorum cognati & commanipulares in campis Marathoniis occubuerant & certaminis simul & cladis extitere principium. Deinde succedens sibi turba maior ac segnior: cum iam neque ad procurrendum libera : neque ad pugnandum expedita:neque ad fugiendum prompta solis mortibus subiaceret:triduo continuo non duorum pugna:sed cædes unius populi fuit.Quarto autem die cum uideret Leonides undique hostem circunfundi:hortatur auxiliares socios:ut subtrahentes se pugnæ in cacumen montis euadant:ac se ad meliora tempora reseruent.Sibi uero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeundam:plus se patriæ debere q̃ uitæ.Dimissis sociis spartanos admonet de gloria plurimum : de uita nihil sperandum: neque expectandum uel hostem uel diem:sed occasione noctis prorumpenda castra commiscenda arma:conturbanda agmina esse. Nusq̃ uictores honestius : q̃ in castris hostium esse perituros.Persuasi igitur mori:male in ultionem futuræ mortis armantur:tanq̃ ipsi interitum suum & exigerent & uindicarent. Mirum dictu sexcentni uiri castra.dc.M.irrumpunt:tumultus castris totis oritur.Persæ quoque ipsi Spartanos adiuuant mutuis cædibus suis.Spartani quærentes regem:nec inuenientes cædũt sternuntque omnia castra:peruagantur uniuersa: & inter densas strues corporum raros homines uix sequuntur. Victores sine dubio non essent:nisi mori elegissent. Prælium a principio noctis in maiorem partem diei tractum:ad postremum uincendo fatigati:ubi quisque eorum deficientibus membris uisus est sibi mortis suæ ultione satiatus:ibi inter impedimenta cadauerum campumque crassum & semigelatum sanguine palpitando lapsus & mortuus est.Xerxes bis uictus in terra nauale prælium parat.Sed Themistocles dux Atheniẽsium cum intellexisset Ionas:quibus dum

Leonides rex Spartanorum.

Nusq̃ victores honestius: q̃ in castris hostium esse perituros.

Themistocles Dux Atheniensium

auxilium superiori bello præbet:in se Persarum impetum uerterat:in auxilium Xerxis instructam classem deducere:sollicitare eos parti suæ hostique subtrahere statuit. Et quia colloquendi facultas negabatur:locis ad quæ Iones accessuri nauibus uidebantur:proponi symbola:saxisq; affigi iubet.socios quondam & participes periculorum:nunc autem iniuste agentes apta increpatione corripiens:atque ad antiquorũ iura fœderum religiosa adhortatione persuadens:præcipueque admonens:uti commisso prælio cædentium uice inhibeant remos:seseque bello auferant:Igitur rex partem nauium sibi detinens spectator pugnæ i littore manet. Contra autem Artemidora regina Halicarnasi:quæ in auxilium Xerxi uenerat:inter duces primos acerrime bello immiscetur:ita:ut uersa uice in uiro fœminea cautela:in fœmina uirilis audacia spectaretur. Cum autem anceps pugna esset. Iones iuxta præceptum Themistoclis paulatim se certamini subtrahere cœperunt:quorum defectio Persas iam fugam circunspicientes aperte fugere persuasit:in qua trepidatione multæ naues captæ mersæq; sunt. Plures tamen sæuitiam regis:uelut imanitatem hostis timentes domum dilabuntur. Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur suadens regem in regnum redire oportere prius q̃ aduersa fama nouas res domi moliretur. Se autem si residuæ sibi copiæ traderentur & ultionem ab hoste exacturum & ignominiam domesticam propulsaturum:aut si aduersa belli perseuerassent cessurum se quidem hosti:sed tamen sine regis infamia probato consilio exercitus Mardonio traditur. Rex Abydum ubi pontem ueluti uictor maris conseruerat cum paucis proficiscitur. Sed cum pontem hybernis tempestatibus dissolutum ostendisset:piscatoria scapha trepidus transiit. Erat sane quod spectare humanum genus & dolere debuerat:mutationes rerum hac uel maxime uarietate permetiens:exiguo contentum latere nauigio:sub quo ipsum pelagus ante latuisset:& iugum captiuitatis suæ uinctum ponte portasset:uilissimo unius seruuli egere ministerio:cuius potentiæ dum montes excidun tur:ualles replentur:amnes exhauriuntur ipsa & rerũ natura cessisset:pedestres quoque copiæ:quæ ducibus:commissæ fuerant:labore:fame:ac metu tabuerunt:& crudescente morbo:tanta pæstis tantaque fœditas morientium exorta est:ut uiæ cadaueribus repleretur:diræ etiam alites:improbæ bestiæ:escarum illecebris sollicitatæ moribundum sequerentur exercitum. At uero Mardonius cui reliqua belli Xerxes commiserat:afflatus primum successu breui:mox in extrema deiectus est. Olynthum siquidem Græciæ oppidum expugnauit. Athenienses uaria sollicitatione adducere in spem pacis aggressus est:ubi inexpugnabilem eorum libertatem uidet:incensa urbis parte in omnem Boetiam belli apparatum deducit. Illic quoque eum.c.M. Græcorũ insecuta sunt & commisso sine mora prælio Mardonium deletis copiis ipsius uelut e naufragio nudum cum paucis fugere compulerunt:castra regiis opibus referta ceperunt non paruo quidem antiquæ industriæ damno. Nam post istius prædæ diuisionem aurum Persicum prima uirtutis Græciæ corruptio fuit. Vrget igitur iceptus miseros extrema perditio. Nam forte eodem die quo in Boetiam Mardonii copiæ deletæ sunt:pars Persici exercitus in Asia sub mœnibus Mychales nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriusque classis & populi impleuit aures Mardonii extinctas copias:Græcos extitisse uictores. Mira diuini iudicii ordinatio. In Boetia

Artemidora regina Halicarnasi

Mardonius

Aurum persicum prima virtutis Greciæ corruptio fuit

oriente sole bellum fuisse cōmissum: In asia meridianis horis sub eadem die: tantis spatiis maris terræq; interiacentibus: nūciatum: cui rumori uel maxime astipulatum est: quod Persas audita clade sociorum primū dolore dehinc desperatione correptos: nec bello expeditos: nec fugæ habiles reddidit. Atq; ita cōsternatos profligatosq; constantior factus hostis successu fœlicitatis inuasit.

Xerxes rex a suis occisus est.

x Erxes bello ī græcia infœliciter gesto: cōtēptibilis suis factus per artabanū præfectum suum in regia circūuentus occiditur. O tempora desiderio & recordatione dignissima. O dies illos inoffensæ serenitatis: qui nobis ueluti e tenebris respiciendi proponuntur: quibus breuissimo īteruallo de uisceribus unius regni decies nouies centena milia uirorum: tribus proximis regibus: tria bella rapuerunt: ut taceam de infœlicissima tunc græcia quæ totum hunc: de quo nunc hebescimus: numerū moriēdo superauit. Leonides ille clarissimus dux lacedemoniorū ī bello isto aduersus Xerxem qđ supremum ipsi atq; hostibus fuit: cum sexcentis famosissima illa incitamēta dixissent: prandete: tāq̄ apud inferos cœnaturi: auxiliaribus tamē: quos excedere bello iubebat misericorditer suasit: ut se ad meliora tempora reseruarent. Ecce cum ille promiserit futura meliora: istiq; afferant meliora præterita: quid aliud colligi datur: utroq; in suis detestante præsentia: nisi aut semp bona esse: sed ingrata: aut nūq̄ omnino futura meliora. At romæ: ut ad id tempus redeam: unde digressus sū: neq; enim interuallo miseriarum ad alios trāsire compellor: sed sicut se quōdam efferuescentia mala ubiq; ipsis actibus colligarunt: ita etiam permissa referuntur: nobis quippe conferre inter se tempora urbis: non cuiusquā partis eius laboribus insultare propositum est.

Quod grauis pestilentia Romam inuasit.

r Omæ ergo post urbem conditam anno. cc. sexagesimo suspenso ad modicum bello grauis pestilentia: quæ semper ibi raras inducias aut factas ītercepit: aut ut fierent coegit: per uniuersam ciuitatem uiolenter incanduit: ut merito præcedente prodigio cœlum ardere uisum sit quando caput gentium tanto morborum igne flagrauit. Nam eo anno Ebutium & seruilium ambos consules pestilentia consumpsit: militares copias plurima ex parte confecit: multos nobis præcipueq; plæbem fœda tabe deleuit: quis iam superiori etiam quarto anno oborta lues eundē populū depopulata sit. *celum ardere visum sit.*

Post pestilentiam multa & grauia bella sustinuerunt Romani.

p Roximo dehinc anno ciues exules seruiq; fugitiui duce Herdonio uiro sabino inuaserunt: incenderuntq; capitolium: ubi fortissime quidem Valerio consule & imperatore obstitere iuniores: sed adeo atrox & graue discrimen prælii fuit: ut ipse quoq; consul Valerius ibi fuerit occisus: & indignam de seruis uictoriam insup etiam sua morte fœdauerit. Sequitur annus in quo cōiuncto exercitu consul obsessus ē. Nam minutiū cōsulem cōgressum prælio equi uolsciq; superarunt: & fugiētē in algidum fame: ferroq; cinxerunt: actūq; ī fœliciter foret ni quintius Cicinnatus: præcipuus ille dictator artā obsidionem oppresso hoste soluisset: qui repertus ruri ab aratro accersitus ad ... pii fasces sūpto honore: instructoq; exercitu: mox uictor effectus iugū boū equis ipo suit: uictoriāq; quasi stiuā tenēs subiugatos hostes præ se egit primus. Anno q ab urbe cōdita ꝓximus trecētesimo fuit: dū legati ad Atheniēses ꝓpter solonis leges deferēdas missi expectant: arma romana fames pestilētiaq; cōpescuit. Ipso autē trecētesimo anno

Serui fugitiui Capitoliū Rome incenderunt

Quintius Cincinatus ab aratro accersitus Dictator efficitur.

Appius Claudius

hoc est olympiade nonagesima quinta potestas cõsulum decẽ uiris tradita cõstituẽdaꝝ legũ atticaꝝ gratia magnã reipublicæ pniciẽ inuexit. Nã primus ex decẽ uiris: cedẽtibus cæteris solus Appius Claudius sibi cõtinuauit iperium: statimq; alioꝝ cõiuratio subsecuta ẽ: ut more cõtẽpto: quo insigne ipii penes unũ: potestas autẽ cõis erat: oẽs oia ꝓpriis libidinibus agitabãt. Itaq; inter cætera: quæ insolẽtissime cũcti præsumebãt: repẽte singuli cũ duodenis fascibus cæterisq; ipii insignibus ꝓcesserunt: de nouo improbæ ordinationis icepto ablegata religiõe cõsulũ emicuit agmen tyrãnorum duabus tabulis legũ ad decem priores additis: augẽtesq; isolẽtissimo fastu plurima: die quo deponere magistratum mos erat: cũ iisdem insignibus ꝓcesserũt. Maxima Appii Claudii libido auxit inuidiã: q ut uirginiæ uirgini stuprum inferret: prius seruitutis causã intulit. Quãobrẽ adactus uirginius pater dolore libertatis & pudore dedecoris ꝓtractã ad seruitutẽ filiam in conspectu populi prius parricida ꝓstrauit: qua populus necessitate atrocitatis ꝑmotus: & periculo libertatis admonitus mõtem auentinum occupauit armatus. Nec tueri armis libertatem destitit: nisi postq̃ se cõiuratoꝝ cõspiratio ipsis quoq; honoribus abdicauit.

Virginia virgo
Virginius

Tertia & quinta post cẽtesimam olympiadem ꝑ totũ fere annũ tam crebri tãq; etiã graues in italia terræmotus fuerũt: ut de innumeris quassationibus ac ruinis uillaꝝ oppidorũq; assiduis Roma intus fatigaretur. Deinde ita iugis & torrida siccitas fuit: ut præsentis tũc futuriq; anni spem gignendis terræ fructibus abnegarit. His deniq; temporibus cum fidennates hostes maximorum auxilioꝝ manu stipante terribiles romanis arcibus iminerẽt. Aemilius tertio dictator magnã mali molẽ ipsis fidennis uix captis depulit: & sanauit: tãta i ipsis erat maloꝝ animoꝝ cõtẽtio: ut uel domesticæ clades superfusa forinsecus bella oblitterarent ul post dãna belloꝝ inducias relaxatas diuersæ pestes cœlo terraq; excandescentes incessabili infestatione corrumperent.

Aemilius 3° dictator

Quod sicilia semper fuit nutrix tyrannorum.

Sicilia ab initio patria ciclopum: & post eos semper nutrix tyrannoꝝ fuit. Sæpe etiam captiua seruoꝝ: quorum primi carnibus hominũ mediæ cruciatibus: postremi mortibus pascebant̃: excepto eo: qd̃ externis bellis aut præda habebat̃: aut præmium. Hæc ut q̃breuissime absoluã: reqem malorũ: nisi nũc nescit: imo ut euidẽtius diuersitates tpoꝝ declarẽt̃: sicut antea uel itestinos uel externos tumultus ꝑpessa est iter oẽs sola sẽp: ita nũc ex oibus sola nunq̃ patit̃. Nã etiã ut sileã de diuturnitate uel illius calamitatis: qua pressa ẽ: uel istius ecõtrario qua fruit̃ pacis. Aetna ipsa: quæ tũc cũ excidio urbiũ atq; agroꝝ crebris eruptionibus æstuabat nũc tãtũ inoxia specie ad præteritorũ fidem fumat. Igit̃ ut prætermittã interim de tyrãnis: quoꝝ mox q fuit ultor successor effectus ẽ medio tpe: hoc ẽ anno ab urbe cõdita. ccc. xxxv. cũ Regyni apud siciliam discordia laborarẽt: ciuitasq; ꝑ dissẽsionẽ diuisa i duas partes eẽt: pars una ueteranos ab Himera urbe siciliæ i auxiliũ uocauit. Porro illi pulsis ciuitate primũ his cõtra quos iplorabãt̃: deinde mox cæsis etiam illis: qbus ad auxiliãdũ cõuenerãt urbẽ cũ cõiugibus & liberis socioꝝ occupauere: ausi facinus nulli tyrãno cõparãdũ: qppe cũ Rhegynis qcqd uis ꝑpeti satius fuerit: q̃ ut ultro inuitarẽt: quibus patriã cõiuges liberos ac penates ipsi extorres ad prædã relinquerẽt. At etiã catinẽses: cũ syracusanos graues ifestosq; paterentur ab atheniẽsibus auxilia poposcerũt. Sed athenienses suo magis q̃ socioꝝ studio istructã classem in siciliam misere: cũ & sibi ꝓpagare molirẽt̃ ipium: & Syracusanã classẽ nuꝑ

instructam Lacedæmoniis ꝑficere uererentur. Et quoniā athenieses:q̄ missi erant: cæsis hostibus prospera initia supserant: maiores copias robustioreq́ʒ exercitū cū Lachete & chariade ducibus in siciliam reduxerūt. Sed catinēses belli tedio permoti: cū syracusanis fœdus ineūt: auxilia atheniēsiū spnūt. Post autē syracusanis cōditiōes pacis meditatiōe dominatiōis trāsgredientibus denuo legatos Athenas mittūt: q capillo barbaq́ʒ squalidi: & lugubribus pānis iduti: misericordiā atq́ʒ auxiliū & sermone & habitu precarent. Igit magna classis instruit ducibus nicia & lamacho: tantisq́ʒ uiribus sicilia repetitur: ut suffragia sua & hi timerēt q impetrauissēt. Athēiēses duas ilico pedestres pugnas secūdis successibus faciūt: cōfertosq́ʒ i urbe hostes: & obiecta classe circūdatos terra mariq́ʒ concludūt. At syracusani fractis fessisq́ʒ rebus auxiliū a lacedæmōiis petūt: a qbus mox mittitur gilippus solus qdē: sed i quo oium præsidioꝝ instar præferebat: q ueniēs ut audiuit iclinatum iā belli statū: auxiliis partim i græcia: partim i sicilia cōtractis: opportūa bello loca occupauit. Deinde duobus præliis uictus: nec territus: tertio cōgressu lamachum occidit: hostes in fugam uertit: socios obsidione liberauit. Hinc athenieses terrestri prælio uicti: expimēta maris ieunt & nauali certamine parāt cōgredi: quo cognito gilippus classe istructā a lacedæmoniis accersit: æque athenieses i locū amissi ducis Demosthenē & eurymedontē cū supplemēto copiaꝝ mittūt. Peloponessi quoq́ʒ cū multaꝝ urbiū cōsēsu & decreto igētia syracusanis auxilia misere. Ita sub specie socialis belli domesticos motus exequūt: & quasi de græcia trāslatū certamen in siciliā fuerit: sic ex utraq́ʒ parte sūmis uiribus dimicat. Igit athenienses prima cōgressione uincunt: castra quoq́ʒ cū oī pecunia uel publica uel priuata: & cū uniuerso istructu diuturnæ expeditionis amittūt. Fractis opibus & i angustū redactis suadet Demosthenes: dū nōdū oīno res perditæ sūt q̄tūlibet uideant afflictæ: domū redeāt: siciliaq́ʒ decedāt. Nicias autem pudore male gestaꝝ reꝝ ab initio despatior redditus manere cōtēdit. Reparant nauale certamen & mox ꝑ inscitiā in angustias syracusani maris deducti isidiis hostiū circūueniūtur. Eurylocus dux primus occidit. .xi. naues icēdūt. Domesthenes et nicias classē dimittūt q̄si tutius terrena expeditiōe fugituri: gilippus autem primū naues eoꝝ relictas .c. xxx. inuadit. Dehinc ipsos fugiētes ꝑsequi aggressus capit: ceditq́ʒ q̄plurimos. Demosthenes dedecus seruitutis uolūtaria morte declinat. Nicias uero indignā turpēq́ʒ uitā dedecore captiuitatis accumulat. Igitur athenienses biēnio apud Siciliam non sine lacedæmoniorū dāno conflictati: aliis domi malis circūueniunt. Alcibiades enim dux pridē aduersus siracusas ꝓnūciatus: mox ad iudiciū ꝓ quadā insimulatiōe detētus uolūtario exilio lacedæmoniā se cōtulit. impulitq́ʒ spartanos: ut turbatis Atheniensibus nouo rursū bello insisterēt: neq́ʒ eis respirādi spatiū: quin opprimerētur relaxarent: cui incepto ita græcia oīs astipulata ē quasi ad cōmune incendiū restinguendū bono publico cōgestis uiribus cōsuleretur. Darius etiā rex persaꝝ memor paterni auitiq́ʒ i hāc urbē odii: ꝑ Thissaphernē præfectū lydiæ cū lacedæmōiis fœdus paciscit: eisq́ʒ sumptus belli & copias pollicetur. Miꝝ dictu: atheniensiū tātas ea tēpestate opes fuisse: ut cū aduersus eos: hoc ē aduersus unā urbē græciæ: asiæ totiusq́ʒ oriētis uiribus incursū sit: pugnādo sæpe nec unq̄ cedēdo cōsumpti magis uideantur fuisse q̄ uicti. Principio enī alcibiades omnes socios deficere ab his ad lacedæmonios coegit: sed & ab his quoq́ʒ ꝑ inuidiam insidias appetitus aufugit: & ad Thissaphernem in mediā concessit: cui statim accōmodato ingenio & apti eloquii

Demosthenes Dux Atheniensium

Demosthenes dedecus seruitutis uoluntaria morte declinat

Alcibiades

Darius Rex Persarum

gratia familiarior factus:psuadet:ne lacedæmonios tā profusis opibus adiuuaret: iubet eum potius istius certaminis arbitrum spectatoremq; fieri debere: integrasque Lydiæ uires aduersus uictorem reseruandas. Quamobrem thissaphernes partem classis cum aliquanta manu deduci lacedæmonem iubet:ne uel abundantes suffragiis: alieno tuti periculo dimicarent: uel in totum destituti:susceptum certamen omitterent.

Discordia Atheniensium:& bella grauia.

Odio discordie nutriuntur

a Pud Atheniēses uero cū diu domestica discordia agitaretur:iminēte piculo sūma ipii ad senatū populi uolūtate trāsfertur. Quippe odio discordiæ nutriuntur. At ubi necessitas incubuit postpositis priuatis causis atq; odiis i cōe cōsulit̄. Sed hoc ipsū cū propter isitā gēti supbiā & tyrānicas libidines perniciosū foret:tādē alcibiades exul ab exercitu reuocat̄:& dux classis cōstituit̄. Quo cōperto principes primo Spartanis urbē prodere moliti sūt:deinde cū id frustra cogitassēt:i exiliū spōte cesserūt. Igit̄ alcibiades patria liberata classē i hostes dirigit. Cōmisso prælio uictoriā athenienses capessunt. Porro autē maior pars Spartani exercitus cæsa:duces quoq; pene oēs interfecti &.lxxx.naues captæ absq; his quæ i cōflictu icēsæ demersæq; perierūt. Rursū bellū i terrā trāslatū Spartanis æque ifœliciter cessit: quibus rebus fracti lacedæmonii petiere pacē:nec tamē impetrare potuerunt. Præterea Syracusana præsidia in siciliā audita carthaginensis belli infestatione reuocata sunt. Quāobrē alcibiades classe uictrici totā asiā peruagat̄:bellis icēdiis cædibus rapit:sternitq; oīa. Vrbes quæ dudū a societate defecerāt capit: recipitq; q̄plurimas. Sic alcibiades magni nominis factus athenas cum admiratiōe & gaudio oīum uictor igredit̄. Paruo post interuallo auget uires: exercitū classēq; numero prouehit:rursūq; asiā petit. Lacedæmonii uero lysandrū ducē classi bel loq; præficiūt:Cyrus autē frater Darii i locum thissaphernis Ioniæ Lydiæq; præpositus magnis eos opibus auxiliisq; cōfirmat. Lysāder itaq; alcibiadis exercitū prædæ intentum ac per hoc ubiq; dispersum ac uagū repentino icursu opprimit:sine cōflictu aliquo uincit:cæditq; fugiētes. Magna hæc clades atheīēsibus:& multo atrocius uulnus: q̄ dudum iflixerāt:susceperunt:quo cōperto athenienses: opinati sunt Alcibiadē antiquum exilii sui dolorē:isto scelere pditionis uindicare curasse:ideoq; in locū eius cononē cōstituūt:cui residuā manū & sūmā belli cōmittūt:qui supplere saltē nūero exhaustas copias uolens senes & pueros legit:exercitūq; cōscripsit. Sed huiusmōi manus morā bello nō attulit:quippe qd̄ robore:nō numero confici solet. Itaq; statim imbellis manus uel capta uel cæsa ē:tātaq; strages occisorū illo prælio facta ē:ut deletū nō solū regnū:sed etiam nomen atheniēsiū uideret̄. At illi desperatis rebus statuunt urbē peregrinis dare:ut qui p totā Asiā paulo ante dominati sunt:nūc ex hac colluuie muros saltē libertatēq; tueant̄: & q̄uis uel suo iudicio ad hæc tuēda etiā obiectis muris nō sufficiāt:iterū tamē expiri naua le præliū parāt. Exps cōsilii furor dolorem uirtutem putat: quātūq; meditat̄ ira: tātum pmittit audacia. Itaq; oībus partim captis:partim iterfectis de ipsis quoq; reliquiis nihil reliqui factū ē. Solus dux conon superstes bello & populo:timens ciuium crudelitatem ad Cyrū regē cōcessit. Euagoras autē dux lacedæmoniorū adeptis oībus ciuitatibus nihil atheniensibus præter inanē urbē reliquit. nec hoc diu:nā & ipsam urbē postea obsidione circūdedit. Angebat intrinsecus fames:desolatio:& morbus obsessos. Et cū post oīa miseriarum abominamenta:quæ etiā dicere horroris ē:nihil spei præteritæ præter mor-

Lysander dux Lacedemoniorum

Conon Atheniensium dux

Euagoras dux Lacedemoniorum

tē occurreret:pacē petiuere. Magna hinc īter spartanos & socios fuit deliberatio:& cum plurimi inqetissimam ciuitatem sternēdam solo:populūq; infestissimum cum ipso nomine abolendum pronunciarent:Spartani negauerunt se permissuros:nisi ut e duobus Græciæ oculis unus erueretur: insuper etiam pacē promiserūt:si Pyræi portus ducētia ī urbē munimina uerterentur:nauesq; reliquas ultro traderent. Huic conditioni addictis & succumbentibus:Lacedæmonii Lysandrq; ad cōponēdas in urbe parendi leges cōstituerūt. Insignis hic ānus & expugnatiōe athenarq;:& morte darii Persarq; regis:& exilio Dionysii Siciliæ tyrāni fuit. Igitr .xxx. rectores atheniensibus ordinati .xxx. tyrāni exoriunt:q primo se tribus .M. satellitū stipant:mox etiā .dcc. milites uictoris exercitus lateribus suis circūponūt:cædem oīum passim futurā:occiso alcibiade auspicātr: q fugiens in itinere clausus cubiculo uiuus īcēsus ē:quo īterfecto:ultore quasi sublato:secuti miseras urbis reliqas cædibus rapinisq; exhauriūt. Theramenē quoq; unū ex nūero suo:cui hæc displicere senserūt:ī exēplūq; reliquorq; trucidāt. Itaq; oēs passim ex urbe diffugiunt sed īterdictu lacedæmoniorq;:cū p totā græciā exulibus negaret hospitiū:oēs se ad argos ac thebas cōtulerūt:ubi ita hospitalitatis obsequio freti sūt:ut nō solū dolorē amissæ priæ lenirēt:uerq; etiā spem recuperādæ meditarētr. Erat īter exules Thrasybulus uir strenuus:& generis nobilitate īter suos clarus:q auctor audēdi p patria fuit. Itaq; castellū philenē atticorq; finiū collecti exules capiūt: multarūq; ciuitatū opibus adiuti uires capessūt qbus quoq; lysias Syracusanus orator:quasi ī auxiliū urbis quæ eēt patria cōmunis eloquētiæ .d. milites cum stipēdiis suis misit:atrox id prælium fuit:sed his p patria: p libertate:illis pro aliena dominatiōe certātibus aīorq; atq; causarq; ipsa quoq; tulit pugna iudicium:nā uicti tyrāni ī urbem refugerunt:oēsq; quos ex atheniēsibus prius sibi satellites legerat tunc suspectos pditionis ab urbis custodia remouerunt. Thrasybulum quoq; ipsū tētare corruptiōe ausi sūt: qd ubi frustra spatū ē: accersitis a Lacedæmōia auxiliis: rursus ī bellū ruunt:ubi duo sæuissimi oīum lōge tyrānorq; trucidātr. Cæteros uictos & ī fugā uersos. Trasybulus ubi uel maxīe atheniēses eē ītelligit clamore cōseqtr:orōe retinet: precibus ligat: pponens āte oculos eorq;: quos fugere uel ad quos refugere uellēt:sibi aduersus .xxx. domīos:nō aduersus ciues miseros bellū eē susceptū. Quin potius:oēs q se meminerit eē athenienses sequi oportere atheniēsium libertatis ultores. Itaq; hæc exhortatio tantū apud eos ualuit:ut mox reuersi ī ciuitatē tyrānos arce decedere atq; Eleusin emigrare cōpulerint:qui postq ī societatē urbis ciues suos eatenus exules exceperunt tyrānos ī bellū emulatiōe suscitāt:qbus libertas aliorq; quasi ipsorq; seruitus uidebatr. Tūc īdicta pugna cum prius quasi ad colloquium cōuenirent cicūuenti insidiis ueluti pacis uictimæ trucidantr. Ita reuocati ī unum post inexplebiles magnorq; lachrymas gaudiorum hæc patriæ fundamina recuperatæ libertatis instaurant proposita iurisiurādi contestatione uti discordiæ animositatesq; præterite in obliuionem perpetuam atq; in īmortale silentium deducantur. Quod pactionis genus quasi nouam uitæ institutionem nouāq; fœlicitatem status sui informantes amnestiam uocauerunt idem abolitionem malorum. Sapientissima fuit hæc atheniensium præsertim post tanta miseriarum documēta prouisio:si quo pacto res humanæ manente consensu hominum ut ordinantur:ualerent. Sed adeo hoc idem placitum inter ipsa pene placiti uerba corruptū est:ut uix intercedente biennio Socrates ille clarissimus philosophorq;:adactus malis ueneno sibi apud

Theramenes

Thrasybulus

Lysias Syracusanus or.

Socrates ille clarissimus philosophorum.

eos uitam extorserit. Deinde uix. xl. annis interuenientibus: ut alia sileam iidem athenie͂ses adempta sibi penitus libertate sub Philippo Macedonum rege seruierint.

Per concordiam res minimas crescere: & per discordiam labi maximas.

Erũtamen sapientissimi omnium athenienses: etiam suis malis satis docti: concordia minimas res crescere: discordia maximas labi cũctaq; uel bona uel etiã mala quæ foris geruntur internis eẽ radicata & emissa principiis: domi abstersere odia & foris bella presserunt reliquerũtq; posteris suis de ruina sua exemplum: de reparatiõe cõsiliũ: si tamen ob infirmissimam humanæ mentis mutabilitatem: qđ in afflictis rebus consulitur: in prosperis seruaretur. Iisdem fere diebus bellum ciuile imo etiam plus q̃ ciuile uix parricidio terminatum apud persas gerebatur: mortuo enim rege dario cum artaxerxes & cyrus filii eius de regno ambigerent tandẽ magnis apparatibus magnis prouinciarum ac populorum ruinis est utrinq; certatũ: in quo cõflictu cum e diuerso concurrentes sibi ambo fratres mutuo casus obiectauisset: prior Artaxerxes uulneratus a fratre equi uelocitate morti exemptus euasit. Cyrus autẽ mox a cohorte regia oppressus finem certamini dedit. Artaxerxes ergo & præda fraternæ expeditiõis & exercitu potitus: potestatem regni parricidio firmauit sic uniuersa asia atq; europa partim in se singulæ: partim inter se inuicem funeribus & flagitiis permiscebantur. Ecce paruissima pagina uerbisq; paucissimis quantos de tot prouinciis: populis atq; urbibus non magis explicui actus operum q̃ implicui globos miseriarum. Quis enim cladem illius temporis: quis fando funera explicet aut æquare lachrymis posset dolores? Verũtamẽ hæc ipsa quia multo interiectu sæculorũ exoluerunt: facta sunt nobis exercitia ingeniorum & oblectamenta fabularum: quanq̃ si quis intentius adhibebat animum seseque toto mentis affectu ipsis pene causis bellisq; permisceat ac rursus ueluti in arce spectaculi constitutus utrunq; in suis qualitatibus tempus permetiatur: facile dixerim eum iudicaturum neque illa nisi irato atque auersato deo posse tam infœliciter perturbari ac permisceri neque ista sic nisi propitio & miserante componi. His deinde tẽporibus grauissimo motu terræ concussa Sicilia insuper & æstuantibus ætnæ montis ignibus fauillisq; grãdibus & calidis cum detrimento plurimo agrorum uillarumq; uastata est. Tũc etiam Athalente ciuitas Locris adhærens terræ contigua repentino maris impetu abscissa atque in insulam desolata est: Atheniensium quoque miserabiles reliquias pestis inuasit: diuq; populata est.

Artaxerxes et Cyrus filii Darii

Sicilia terremotu et igne conquassata

De bellis Romanorum.

NNO ab urbe condita. ccclv. obsidio Veiorum. x. continuis annis obsessores magis q̃ obsessos detriuit. Nam Romani repentinis sæpe hostium eruptionibus cõminuti: præterea in hibernis bella sortiti: hyemare sub pellibus: postremum famem ac frigus in conspectu hostium perpeti coacti sũt. Vrbem nouissime sine ullo digno romanæ uirtutis testimonio cuniculis & clandestina obreptione ceperunt. Hanc utilem magis q̃ nobilem uictoriam: primo dictatoris Camilli: qui eã de Veientibus patrauit: exilium: dehinc irruptio gallorum & icẽdiũ urbis insequitur: cui cladi audeat qsq̃: si potest aliquos motus tpis huius cõparare: q̃uis nõ æque pẽdeat præteriti mali fabulã præsẽtis iniuria. Igit̃ galli senones duce brẽno exercitu copioso & robusto nimis: cũ urbẽ clusiã: quæ nũc Dusia dicit̃: obsiderẽt: legatos romano℞: q tũc cõ

Camillus

irruptio gallorum in Roma

ponédæ inter eos pacis gratia uenerant:in acie aduersum se uiderunt pugnantes:qua i- dignatione permoti clusini:oppidi obsidione dimissa totis uiribus romã cõtẽdunt. Hos ita ruentes fabius cum exercitu consul excæpit: nec tamen obstitit:immo potius hosti- lis ille impetus quasi aridam segetẽ succidit:strauit & transit. Testatur hãc fabii cladem fluuius alia:sicut cremera fabiorũ. Nũ eni facile aliqs similẽ ruinã romanæ militiæ recẽ seret:etiã si roma isupicẽsa nõ esset. patentẽ galli urbẽ penetrãt:trucidãt rigentes simula crorũ modo i suis ædibus senatores:eosq; icẽdio domorũ crematos lapsu culminũ suorũ sepeliunt. Vniuersam reliquam iuuentutem:quam cõstat uix mille hominum tunc fuis se in arce capitolii montis latitantem obsidione concludunt. Ibiq; infœlices reliquias fa- me:peste:desperatiõe:formidine terũt:subigũt:uẽdũt. Nã mille libris auri discessiõis pre- ciũ paciscũtur:nõ q apud gallos roma parui nois fuit:sed q illã sic iã ante detriuerãt: ut ampius tũc ualere nõ posset. Exeũtibus gallis remanserat in illo quondã urbis ambitu informium ruinarum obscœna congeries:& undiq; per impedita errantium :& iter sua ignotorũ offensa uocis imago: respondentis trepidos suspendebat auditus. horrore qua- tiebat animos:silentioq; ipso terrebat. Siquidẽ materia pauoris est raritas ipsa uocis. Hic illis mutare sedes:aliud incolere oppidũ:altero etiam censeri nomine cogitatũ placitum atq; tẽratum est. En tempora:quorum comparatione præsentia ponderantur:en quibus recordatio suspirat:en quæ incutiunt de eiecta:uel potius de neglecta religione pœnitẽ tiam. Re uera pares sunt & conferũtur inter se hæ duæ captiuitates. Illa sex mẽsibus de- fæuiens:& tribus diebus ista trãscurrens. Galli extincto populo:urbe deleta:ipsius quo- q; Romæ nomen in extremis cineribus persequentes: & Gothi relicta intentione præ- dandi ad confugia salutis: hoc est sanctorum locorum agmina ignara cogentes. Ibi uix quenq; inuentum senatorem: qui uel absens euaserit. hic uix quenq; requiri: qui forte uel latens perierit recte sane potest comparari. hunc fuisse ibi senatorum nume- rum :qui fuerit perditorum. Plane quod re proditur fatendum est:in hac clade præ senti plus deum sæuisse:homines minus. Tum peragendo ipse:quod illi non ipleuissent cur eos miserit demonstrauit:quippe cum supra humanas uires esset incendere æneas trabes:& subruere magnarum moles structurarũ:ictu fulminum fotum cum imagi- nibus uanis:quæ superstitione miserabili:uel deum uel hominem mentiũtur abiectũ est. Horumq; omnium abominatorum qđ immissa per hostem flamma non adiit:mis sus e cœlo ignis euertit. Et quoniã uber dicendi materia est:quæ nequaq̃ hoc cõcludi li bro potest hic præsentis uoluminis finis sit:ut i subsequẽtibus cætera prosequamur.

Matteria pauoris est raritas ipsa vocis

plus deum seuisse q̃ homines

Pauli Orosii tertii libri initium.

a

T IN superiori iam libro contestatus sum:etiam nũc necessarie repeto secundum præceptum tuum de anteactis conflictationibus sæculi: & me nec omnia posse quæ gesta sunt:& sicut gesta sunt explicare:quoniã magna atq; innumera copiosissime a plurimis scripta sũt. Scriptores au- tem etsi non easdem causas:easdem tamen res habuere propositas: quip- pe cum illi bella:nos bellorũ miserias euoluamus. Præterea ex hac ipsa de qua queror: abundanti angustia oritur mihi:& concludit me sollicitudo nodosior. Si eni aliqua stu dio breuitatis omitto:putabuntur aut mihi nunc defuisse:aut in illo tũc tẽpore nõ fuisse. Si uero significare cuncta nec exprimere cũcta:nec exprimere studẽs compẽdiosa bre-

breuitas semp e obscura

uitate succingo obscura faciam:& ita apud plærosq; erũt dubia:ut nec dicta uideantur maxime:cũ econtrario nos uĩ reꝝ:nõ imaginẽ cõmẽdare curemus.Breuitas aũt atq; obscuritas:imo ut est semp obscura breuitas:etsi cognoscẽdi imaginẽ præfert:aufert tamẽ itelligendi uigoren.Sed ego cũ utrunq; uitandũ sciã:utrũq; faciã:ut quocũq; modo alterutra temperentur:nec multa prætermissa:nec multũ constricta uideantur.

Quomodo galli romam incẽderunt

Anno ab urbe condita.ccc.lxiiii.quẽ annum sicut grauissimum propter ignoratam sibi captiuitatem roma præsensit:ita magnificum ꝓpter insolitã pacem Græcia habuit.Eo siqdẽ tẽpore quo galli romã captã incẽsamq; tenuerunt ac uendiderunt:Artaxerxes Rex persarum discedere ab armis & quiescere in pace uniuersam græciã p legatos præcepit:denuncians contradictorem pacis bello impetẽdũ:quẽ ita iubẽtẽ potuissent utiq; græci tã cõstanter cõtẽnere:q̃ fortiter sæpe uicerunt:nisi porrectã undecunq; occasionẽ:quã auide desiderauerãt tã libẽter hausissent.Ostẽderũt enĩ q̃ ægre & misere illa eatenus gesserint:quæ tã facile indigna etiã cõditione deposuerunt.Nã quid tam indignum liberis & fortibus uiris q̃ longe remoti:sæpe etiã uicti hostis:& deinde minitãtis iperio arma deponere:paciq; seruire:si non ipso tantũ ãnunciatæ pacis sono per corda cunctorum ægra belli tabuisset intẽtio:& post diuturnas laboꝝ uigilias oscitantes ac stupefactos quies inopinata laxasset:prius q̃ ipsam qetem uolũtas pacta cõponeret?Vnde aũt tãta fatigatio omniũ p totã græciam populorũ corda corporaq; oppresserit:quæ efferos animos ignoto acqescere ocio tam facile psuasit:q̃breuissime ostendã.Lacedæmonii utpote homines & græci hoies:quo plura habebãt:eo ampliora cupientes:postq̃ auxilio atheniensium potiti sunt:uniuersam asiam spe dominationis hauserunt.Itaq; toto orienti bellum mouentes Hircilidem ducem in hanc militiam legunt:qui cũ sibi aduersus duos potẽtissimos Artaxerxis psarũ regis præfectos pharnabazum & thissaphernẽ pugnãdũ uideret:prouiso ad tẽpus consilio:ut pondus geminæ cõgressionis eluderet:denũciato bello unũ appetit:alterũ pacta pace suspendit.Pharnabazus:thissaphernẽ apud artaxerxem cõmunem tũc regẽ defert:ut proditorẽ præsertim qui cũ hoste belli tẽpore de fœderis conditione pepigisset:hortaturq; regẽ ut in locũ eius Cononẽ atheniensem uirũ:qui tunc forte apud cyprũ exulabat:ducem nauali bello cõstituat:Accæptis igitur qngẽtis argẽti talẽtis conon per pharnabazũ euocat̃:classiq; præficitur:quibus compertis lacedæmonii et ipsi auxilia naualis belli a rege ægypti Hercinione per legatos petunt:a quo centũ instructas triremes & sexcẽta millia modia frumẽti accæperũt:a sociis etiam undiq; magna contraxere subsidia.Cui militiæ cõsensu omnium Agesilaum ducem decreuerũt:uirum pede claudum:sed qui in difficillimo rerum statu mallent sibi regẽ claudicare q̃ regnum.raro nunq̃ ita pares omni industria duces in unum coiere bellum:qui acerbissimis inuicẽ præliis fatigati:& multo sanguie obliti:uelut inuicti ab alterutro recesserunt.Igitur Conon accæpto iterum a rege persæ magno stipendio:reuersus ad classem inuadit hostiles agros:turres:castella:cæteraque præsidia expugnat:& ueluti effusa tempestas quacunque incumbit:cuncta prosternit. Lacedæmonii uero domesticis malis circunuenti:externis inhiare desistunt:abiiciuntq; spem dominationis:imminente periculo seruitutis.Agesilaum autem:quem cũ exercitu in asiam miserant:ad subsidium patriæ reuocant.Interea Lysander dux apud

Hircilides Dux Lacedemoniorum sagacissimus

Conon Atheniensis.

Agesilaus Dux Lacedemoniorum.

Lysander Spartanorum Dux.

Spartā per Hagesilaū regē relictus maximā munitāq; classem tunc istruxerat: motus æmulatione uirtutis Hagesilai:ut illo pedestrē expeditionē agitante: ipse quoq; nauali discursu ora maritima peruagaretur. Conon uero suscepto oī negocio: duplicem curam impendebat: debēs sociis sollicitudinem: patriæ fidē: ui huic exhiberet naturā illis præberet industriā: i hoc propēsior ciuibus: qđ quieti libertatiq; eorū alicui sanguinis discrimē īpēderet: pugnare aduersus insolētissimos hostes periculo regis: præmio patriæ. Conferunt itaq; nauale certamen Persæ conone: & spartani lysandro duce: milites & remiges ipsiq; ductores uno pariter i mutuā cædē ardore rapiūtur. Magnitudine atq; attrocitate belli istius inclinatus ex hoc semper est in posterū lacedæmonioꝝ status: prona nāq; ex illo fluere ac sublapsa retro referri spes spartanorū uisa: donec assurgendo ægre ac misere recidendo cōfecta & potestate careret & nomine. Atheniensibus uero hæc eadem pugna initiū recuperādæ potētiæ: sicut lacedæmoniis amittēdæ fuit. Primi igit̄ thebani auxilio atheniēsiū fulti sup̄iore clade saucios ac trepidos aggrediūtur: multa animati fiducia propter uirtutē & idustriā epaminūdæ ducis sui: cū quo sibi facile obtinere posse imperium totius græciæ uidebantur. Fit itaq; terrestræ præliū thebanis minimo negocio uincentibus. Vicitur enim etiā hoc conflictu lysander & occiditur. Pausanias quoq; dux alter lacedæmonioꝝ insimulatus proditionis in exiliū truditur. Thebani autem uictoria potiti: collecta uniuersi exercitus manu spartā cōtēdūt putantes se uacuā ciuitatē præsidio: nullo intraturos negocio: cuius iā oēs pene copias cū ipso rege delessent: atq; ab omnibus sociis destitutos uiderent: lacædemonii periculo ciuitatis impulsi: habito iexercitati militis qualicūq; delectu obuiā hosti p̄cedūt. Sed uicti semel aduersus uictores obsistendi nec uirtus nec animus erat. Cū igitur cædes unius tantū pene partis ageretur: repēte rex Agesilaus accersitus ex asia improuisus bello superuenit. Thebanosq; iam successu duplicis uictoriæ lætiores: segnioresq; aggreditur: nec difficile superat: maxime cū adhuc apud ipsum pene integræ uires haberentur. Ipse tamē Agesilaus grauiter uulneratus ē. At uero atheniēses cū cōperissent isperata lacedæmonios uictoria sublevatos pristinæ seruitutis: de qua tūc respirare uix cœperant: trepidi metu exercitum cōtrahūt: eūq; boetiis in auxiliū adiūgūt cōmissu Iphicratis ducis: q adolescēs admodum uix dum uigiti annos natus: īfirmitatē ætatis maturitate animi nutriebat. Conon quoq; uir qdē atheniensis. dux aūt persici exercitus audito Agesilai reditu: ad populādos lacedæmonioꝝ agros reuertit̄. Ita spartani exercitu circūsonantiū undiq; hostiū clausi atq; exterriti ultima propemodū desperatione tabuerūt. Sed Conon postq̄ uasta hostilis soli populatione satiatus est: Athenas pergit in maximo gaudio ciuium: ipse quippe tristis cum uideret urbem populo quondam cultuque ornatissimam: tunc miserabili ruinarum ac desolationis squalore confectam. Itaq; magnum pietatis miserationisq; monumentum in reparationem eius operatus est. Nanq; eam a lacedæmoniis exinanitam lacedæmonioꝝ præsidiis repleuit. Persis incendētibus concrematā: persis ædificātibus reformauit. Interea artaxerxes rex psaꝝ: sicut i pricipio dictū ē: uniuersis gratiæ populis p legatos: ut ab armis discederēt: & paci acqescerent iperauit: non q̄ misericorditer fessis cōsuleret: sed ne illo i egypto bellis occupato aliqua in regnū suum tentaretur irruptio Cunctis igitur Græcis optatissima quiete resolutis: domesticoque ocio torpentibus lacedæmonii inquieti magisq̄ strenui: & furore potius q uirtute intollerabiles post bella

Epaminunda Dux Thebanorum
Pausanias Dux Lacedemoniorum
Iphicrates Dux Atheniensium
Artaxerxes Rex Persarum

la deposita tentant furta bellorũ. Nã speculati absentiam archadũ castellum eorũ repentina irruptione perfringũt. Arcades uero excitati iiuria iũcto sibi thebanorũ auxilio amisso furto bellũ repetũt. In eo prælio archedamus dux lacedæmoniorum uulneratus: cum etiã cædi suos uictos uideret: occisorũ corpora per præconem ad sepulturã poposcit: qd signum uictoriæ traditæ inter græcos haberi solet. Thebani aũt hac confessione contenti: dato parcendi signo: finem dedere certamini. Paucis deide iteruenientibus iduciarum diebus: Lacedæmoniis ad alia bella cõuersis thebani cum epaminunda duce de iuadenda lacedæmonia quasi secura & destituta cepere fiduciã. Taciti intempesta nocte lacedæmonẽ ueniũt: sed nõ ita incautam uel indefensam: ut rebantur: offendũt. Armati eni senes cum reliqua turba imbellis ætatis: præcognito aduẽtu hostium: in ipsis se portarũ angustiis obiecerunt: & aduersus qndecim millia militum uix centum cõfecti æuo homines proruperũt. His itaq; tantam belli molem sustinentibus: iuuẽtus supueniens congredi aduersus thebanos aperto certamine incũctanter decreuit. Cõmisso prælio cum lacedæmonii uincuntur: repente epaminũdas dux thebanorum incautius dimicãs uulneratur: qua re dũ his ex dolore metus: illis ex gaudio stupor nascitur: ueluti ex consensu tacito utrinq; discessum ẽ. Epaminundas aũt grauiter sauciatus cũ de uictoria suorũ comperisset: scutũq; deosculatus esset: remota manu qua uulnus occluserat: egressu sanguinis ad mortẽ patefecit introitũ: cuius mortem sic thebanorũ perditio subsecuta est: ut non perdidisse ducem: sed ipsi cũ eo tunc periisse uiderentur. Contextui indigestæ historiæ: inextricabilẽ cladẽ atq; incertos bellorũ orbes huc atq; illuc lymphatico furore gestorũ uerbis eue stigio secutus implicui: quoniam tanto ut uideo inordinatius scripsi q̃to magis ordinem custodiui. Improba dominandi lacedæmoniorũ cupiditas: q̃tis populis: qualibus urbibus: quibus prouinciis: cuiusmodi odiorum motus: q̃tas causas certaminũ suscitarit: qs uel numero: uel ordine: uel ratiõe disponat: cum ipsi quoq; nõ plus afflicti bellis q̃ bellorum cõfusione referãtur. Siquidẽ tracto p aliquot ætates continuo hoc bello Atheniẽses: lacedæmonii: archades: boetii: thebani: postremo græcia: asia: persis atq; ægyptiis cũ libya: insulis quæ maximis nauales simul pedestresq; conflictus indiscretis egere discursibus: referre cæsa hominũ millia nõ posse: etia si bella numerarem. At nũc increpet hæc tẽpora: atq; illa collaudet qcũq; nescit hosce oẽs istarũ urbiũ puinciarũq; populos ita nunc in solis ludis ac theatris consenescere: sicuti tunc i castris maxime præliisq; tabuisse: florentissima illa & totius tunc imperiũ oriẽtis affectãs lacedæmoniorũ ciuitas uix cẽtũ habere potuit senes: ita icessabilibus circũuẽta malis imaturas expẽdebat misere ætates. Et quærunt nũc hoies: quorũ refertæ pueris & senibus ciuitates secura iuuenũ peregrinatiõe ditantur: pacificiisq; exercitis stipẽdia domesticæ uoluptatis acqrunt: nisi forte ut assolent humanæ mutabilitati sordere oĩ præsentia nouitate rerum actu audituq; prurientibus etiam ipsa uita fastidio est.

Terræmotus in Achaia aliquando factus.

Nno ab urbe condita. ccc. lxxvi. sæuissimo terræmotu Achaia uniuersa concussa est: & duæ tunc ciuitates: idest Ebora & helice abruptis locorum hiatibus deuoratæ. At ego nunc econtrario poteram similia in diebus nostris a pud constantinopolim æque modo pricipem gentium: prædicta & facta: sed non perfecta narrare: cum post terribilem denunciationem consciãq; mali sui conscientiam subtet

Archedamus Dux Lacedemoniorum.

Signũ victorie tradite apud Grecos.

Epaminunde Thebanorum ducis Gloriosus interitus.

due civitates devorate.

commota:funditus terra tremeret:& desuper fusa celitus flāma pēderet: donec oratione Archadii principis & populi christiani:præsentē pditionē deus exoratus auerteret: probans se solum eē & conseruatorem humiliū:& punitorē malorū. Sed hæc ut cōmemorata sint magis q̄ explicata:uerecundiæ concesserim:ut & qui scit recolat: & qui nescit inquirat. Interea romani:q per .lxx. annos ab urbe uolscorū:prætereaphaliscorum: equorū & sutrinorū subacti & attriti assiduis bellis conficiebātur:tādem in suprascriptis diebus camillo duce cepe easdē ciuitates:& rediuiuo finē dedere certamini. Prænestinos autem eodem tēpore:q usq; ad portā romæ bellādo & cedendo uenerāt:ad flumē aliā Tito qntio pugnante uicerūt.

Archady Imperatoris precibus deus placatus.

urbes volscorum phaliscorum: equorum et sutrinorum per Camillum Romanis subacti

Prenestinos a Romanis victos.

Dicit romā graui pestilētia laborasse.

a Nno ab urbe cōdita.ccc.lxxxiiii. Lutio genutio & qnto seruilio cōsulibus īgēs uniuersā romā pestilētia corripuit.nō ut assolet plus minusue solito tēpo℞ turbata tēperies:hoc ē aut intēpestiua siccitas hyemis:aut repentinus calor ueris: aut incongruus humor æstatis:uel autumni diuitis īdigesta illecebra: īsuper etiā expirata de calabris saltibus aura corrūpens:repētinos acuta℞ īfirmitatū afferre trāscursus:sed grauis & diuturna:quæ ī nullo dispar sexu:ī nulla dissimilis ætate generaliter cūctos per bieniū iugiter tabe cōfecit:ut etiā quos nō egit ī mortē: turpi macie exināitos afflictosq; dimiserit. Cōquerent hoc:ut arbitror loco obtrectatores temporis christiani:si forte silētio prætererim:qbus tunc cærimoniis romani placauerint deos: & sedauerint morbos. cum pestilentia īdies crudesceret:auctores suasere pontifices:ut ludi scænici diis expetētibus ederētur:& ita pro depellēda tēporali peste corpo℞ accersitus est ppetuus morbus aiorū. Vber nunc qdē mihi locus iste doloris atq; icrepationis ē:sed ī quo iā reuerētia tua studiū sapiētiæ & ueritatis exercuit:mihi sup eo audere fas nō est. Cōmonuisse me satis sit & ex qualibet intentione lectorem ad illius lectionis plenitudinem remisisse.

Marcus curtius se præcipitio dedit

Equit hanc miserā lucē:miseriorēq; eius expiationē pximo āno satis triste pdigiū. Repēte siquidē medio urbis terra dissiluit:uastoq; præruptu hiātia subito interna patuerūt. Manebat diu ad spectaculū terrorēq; cūcto℞ patēti uoragīe ipudēs specus:nefariāq; uiui hoīs sepulturā diis iterprætibus expectabat. Satisfecit ipro bis faucibus præcipitio sui Marcus curtius:uir eques armatus:iiecitq; crudeli terræ iopinatā satietatē:cui parū eēt:q ex tanta pestilētia mortuos p sepulchra susciperet:nisi etiam uiuos scissa sorberet.

Vbi regnū macedonū:& ubi natus ē alexander.

a Nno ab urbe cōdita.ccc.lxxxviii.ite℞ terribilis Gallo℞ inūdatio iuxta anienē fluuiū ad q̄rtū ab urbe lapidē cōsedit:facile sine dubio ;pōdere multitudinis & alacritate uirtutis pturbatā occupatura ciuitatem:nisi ocio & lētitudine torpuisset. Vbi atrocissimā pugnā Manlius torquatus singulariter inchoauit. Titus quintius dictator cruentissima cōgressione cōfecit:fugati ex hoc prælio plurimi Galli:instauratis iterum copiis in bellum ruentes:a Gaio sulpitio dictatore superati sunt. Post paululum quoq; tuscorum pugna sub Gaio martio consecuta est:ubi coniici datur:quanta hominū multitudo cæsa sit:quādo octo.M. sūt capta thusco℞. Tertio aūt ī iisdē diebus galli se ī prædā p maritima loca:subiectosq; cāpos albanis mōtibus diffuderunt:aduersū quos nouo militū delectu habitu: cōscriptisq; legionibus decē.lx.milia romano℞:negatis sibi auxiliis latinorum pcesserūt. Cōfecit hāc pugnā marcus ualerius: auxiliāte coruo alite:un

Manlius Torquatus.

Marcus Valerius Coruinus.

de postea coruinus est dictus. Occiso enim prouocatore gallo: hostes territi: sparsimq; fugientes grauiter trucidati sunt. Numerandum etiã inter cætera mala censeo primum illud ictum cum carthaginensibus fœdus: qđ iisdem temporibus fuit: præsertim ex quo tã grauia orta sunt mala: ut exhinc cœpisse uideãtur. Anno siquidẽ ab urbe cõdita quadringentesimo secundo legati a Carthagine romã missi sunt: fœdusq; pepigerũt. Quã ex ingressu carthaginensiũ in italiam maiorũ grauedinem secuturam: cõtinuarũq; miseriaꝝ tenebras iuges historiarũ fides: locoꝝ ĩfamia: & abominatio dierũ quibus ea gesta sunt protestantur. Tũc etiã mox usq; ad plurimã diei partem tẽdi uisa ẽ: & saxea de nubibus grando descẽdẽs ueris terrã lapidibus uerberauit. Quibus diebus etiã alexander magnus: magnus uere ille gurges miseriarum atq; atrocissimus turbo totius oriẽtis est natus.

grandinem saxeam pluisse

Artaxerxes iudeos captiuos ducit.

c Vm etiã Ochus qui & artaxerxes: post transactũ ĩ ægypto maximum diuturnũq; bellũ: plurimos iudeoꝝ ĩ trãsmigationẽ egit: atq; in Hyrcania ad caspium mare habitare præcepit: quos ibi usq; in hodiernum diem amplissimis generis sui incremẽtis extat consistere: atq; exinde quandoq; erupturos opinio est: cuius etiã belli tempestatẽ trãscurrens: & Sidona opulentissimã phœnicis prouinciæ urbẽ deleuit: & ægyptũ q̃uis pirus uictus tũc tamẽ subactã: cõminutãq; ferro persarũ subiecit imperio. Iã hinc statim a romanis aduersus samnitas gentẽ opibus armisq; ualidã pro campanis & sidicinis bella suscepta sunt. Sanniticum bellum ancipiti statu gestũ pyrrhus uel maximus romani nominis hostis excepit. Pyrrhi bellum: mox punicum consecutum est. Et q̃uis nunq̃ post mortem numæ a bellorũ cladibus fuisse cessatum iani patentes semper portæ indicẽt: ex eo tamen ueluti per meridiem toto impressus cælo malorũ feruor incanduit.

Sanniticum bellum.

Iani portæ patentes

Initium belli punici.

p Orro autẽ inchoato semel bello punico: utrum aliquando bella: cædes atq; ruinæ: oĩumq; infandarũ mortiũ genera: nisi Cæsare augusto imperante cessauerint: ingrat: inueniat: prodat: quisqs infamanda christiana tẽpora putat. Absq; illo tamen inter bella punica unius anni: ueluti alitis præteruolantis excursu romani propter iani portas clausas inter febres morbosq; reip. adhuc breuissimo pacis signo: uelut tenuissimo aquæ gelidæ haustu illecti sunt: ut in peius recalescẽtes: multo grauius uehementiusq; afflictarentur. At uero si indubitatissime constat sub augusto primũ cæsare: post partam pacem uniuersum terrarum orbẽ positis armis: abolitisq; discordiis generali pace & noua qete compositum romanis paruisse legibus: Romana iura: q̃ propria arma maluisse: spretisq; ducibus suis iudices elegisse romanos. Postremo omnibus gentibus cũctisq; prouinciis innumeris ciuitatibus: infinitis populis: totis terris unam fuisse uolũtatẽ: libero honestoq; studio inseruire paci: atq; in commune consulere: quod prius ne una quidem ciuitas: unusue populus ciuiũ: uel quod maius est: una domus fratrum iugiter habere potuisset. Quod si etiam cum imperante Cæsare ista prouenerit: ĩ ipso imperio cæsaris illuxisse ortum in hoc mundo domini nostri iesu christi liquidissima probatione manifestũ est: iuiti licet illi: quos in blasphemiã urget inuidia: cognoscere faterriq; cogũtur: pacẽ istã totius mũdi & tranquillissimã serenitatẽ non magnitudine Cæsaris: sed potestate filii dei: qui ĩ diebus cæsaris apparuit extitisse: nec unius urbis ĩperatori: sed creatori orbis uniuersi orbem ipsum generali cognitione paruisse: qui sicut sol

oriens diem luce perfundit:ita misericorditer adueniens extenta mundum pace uestierit. Quod plenius cum ad id ipsum:perficiente domino uentum fuerit:proferemus.

Quod Romani Latinis bellum intulerunt.

Igitur.cccclx.ab urbe condita Romani bellũ Latinis rebellãtibus itulerũt:Mãlio Torquato:& decio Murena cõsulibus in quo bello unus cõsul iterfectus ẽ: alter extitit parricida. Manlius enĩ Torquatus filium suum peremit:iuuenem uictorẽ iterfectoremq; Metii Thusculani nobilis militis:& tum præcipue prouocantis atq; insultantis hostis. Alius uero consul: cum iterato conflictu illud cornu cui præerat cædi atq; affligi uideret: in confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius q̃uis uictor:occursum tamen nobiliũ iuuenũ Romanoꝝ:q legitime exhiberi solet: triũphans parricida non meruit. Anno autem post hunc subsequente Minutia uirgo uestalis ob admissũ incestũ damnata ẽ uiuaq; obruta in campo:q nũc Sceleratus uocatur.

Manlius Torquatus parricida

Minutia virgo vestalis viua sepulta propter incestum admissum.

Scelus matronarum hic refertur.

Et uero paruo exin tempore interiecto:horresco referre:quod gestum est:Nã Claudio Marcello & Valerio Flacco consulibus incredibili rabie & amore scelerum Romanæ matronæ exarserunt. Erat utique fœdus ille ac pestilens annus. inflictaque iam undique cateruatim strages egerebantur. & adhuc penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat. cum existente quadam ancilla indice & cõuincente:primũ multæ matronæ ut biberent:quæ coxerant:uenena cõpulsæ:deĩde simul ut hausere cõsũptæ sunt: Tanta autẽ multitudo fuit matronaꝝ in his facinoribus cõsciaꝝ ut.ccc.lxxx.damnatæ ex illis simul fuisse referantur.

Alexander rex a Lucanis uictus & occisus.

Anno ab urbe condita.ccc.xxii.Alexãder rex Epirotaꝝ Alexãdri illius Magni auunculus traiectis in Italiã copiis: cũ bellũ aduersus Romanos pararet:& circa finitimas romæ urbes firmaret uires exercitus sui:auxiliaq; uel sibi acqrere uel hostibus subtrahere studẽs bellis exerceret:a Sãnitis q Lucanæ gẽti suffragabantur maximo bello ĩ Lucania uictus atq; occisus ẽ. Sed quoniã aliquantũ Romanas clades recẽsendo ꝓgressus sum:uel Alexãdri istius mẽtione cõmonitus de Philippo Macedonũ rege q Olympiadẽ huius Alexandri Epirotæ sororẽ uxorẽ habuit:ex qua Alexãdrũ magnũ genuit:paucissimis ãnis retro repetitis magna paruis:inq̃tũ potero:colligam.

De regno Philippi patris Alexandri regis macedoniæ.

Anno ab urbe condita.cccc.Philippus Amyntæ filius Alexandri pater regnũ macedonũ adeptus.xxv.annis tenuit:quibus hos omnes acerbitatum aceruos cunctasq; maloꝝ moles struxit. Hic primũ ab Alexandro fratre obses Thebanis datus ꝑ trienniũ apud Epaminundã strenuissimũ impatorẽ & summũ philosophũ eruditus ẽ. Ipso autẽ Alexandro iterfecto scelere Eurydices matris:q̃uis ea cõmisso adulterio:& altero primũ filio occiso filiaq; uiduata generi nuptias mariti morte pepigisset cõpulsus a populo regnũ:quod paruo occisi fratris filio tuebat̃:suscepit:q cum foris cõcursu exurgentiũ undiq; hostiũ:domi autem deprehensaꝝ sæue insidiaꝝ metu fatigaret̃:primũ bellum cũ Atheniensibus gessit. Quibus uictis arma ad Illyrios transtulit multisq; milibus hostiũ trucidatis Larissam urbem nobilissimã cepit. Inde Thessaliam nõ magis amore uictoriæ:q̃ ambitione habendoꝝ equitũ Thessalorũ:quoꝝ robur ex

Epaminundas imperator strenuus et summus philosophus.

Larissam vrbem nobilissimam

ercitui suo admisceret:iuasit.Ita Thessalis ex iprouiso præoccupatis atq; i potestatē reda ctis iūgēdo eqtū peditūq; fortissimas turmas & copias iuictissimū fecit exercitū. Igit̄ ui ctis atheniēsibus subiectisq; Thessalis olipiadem Euruche regis molossoꝝ sororē duxit uxorē.Q ui Eurucha cū p hoc q̄ societatem macedonū affinitate regis paciscebatur: imperiū suū se dilaturū putaret.per hoc deceptus amisit priuatusq; i exilio cōsenuit.De inde Philippus cū methonā urbem oppugnaret:ictu sagittæ oculū perdidit.Ipsam uero urbem mox expugnauit & cæpit.Exin græciam totā prope consiliis præuentā uiribus domuit.Q uippe græciæ ciuitates dū iperare singulæ cupiūt iperiū oēs pdiderūt. Et dū in mutuū exitiū sine modo ruūt:ab omnibus uictæ periere:quod singulæ amitterent.op pressæ demum seruiētesq; senserunt:quarū dū insanas concursatiões Philippus ueluti e specula obseruaret:auxiliumq; semper inferioribus suggerendo:contētiones bellorū fo mites callidus doli artifex foueret:uictos sibi pariterq; uictores subiecit. Huic aūt ad ob tinēdā totius græciæ dominationē:dominatio imoderata Thebanorū dedit facultatem: q uictos Lacedæmonios ac phocēses:cædibus etiā rapinisq; cōfectos:cū isup in cōmuni græciæ cōcilio tanta pecuniæ mulcta onerauissēt: quātā illi soluere nullo modo possent ad arma fugere coegerūt.Itaq; phocēses & Philomene duce & auxiliis Lacedæmonioꝝ Atheniēsiūq; fulti cōmissa pugna hostibusq; fugatis Thebanorū castra cæperūt:Sequē ti prælio inter immēsas utriusq; populi strages Philomenes occisus est:In cuius locum phocenses Oenomanū ducē creauerunt.Porro autem Thebani & Thessali omisso dele ctu ciuiū:philippū Macedoniæ regē:quē hostē prius repellere laborabāt:ultro sibi du cē expetiuerūt.Cōmisso prælio & phocēsibus pene ad internitionē cæsis uictoria ad Phi lippū concessit.Sed Athenienses audito belli euentu:ne philippus transiret in græciā an gustias thermopylarū pari ratione:sicut aduentantibus antea persis occupauere.Igitur Philippus :ubi exclusū se ab ingressu græciæ perstructis thermopylis uidet: paratū in hostes bellum uertit in socios.Nā ciuitates quarū paulo ante dux fuerat:sibi gratulantes ac se excipientes patentes hostiliter inuadit.crudeliter diripit:omniq; societatis conscien tia penitus abolita coniuges liberosq; omniū sub corona uēdidit.templa quoq; uniuersa subuertit:spoliauitq;:nec tamē unq̄ p.xxv.annos quasi iratus diis uictus ē. Post hæc in cappadociā trāsiit. ibiq; bellū pari pfidia gessit.captos p dolū finitimos reges īterfecit. totāq;cappadociā īperio macedoniæ subdidit.Inde post cædes et īcēdia deprædatiōesq; in socias urbes gestas parricidia in fratres conuertit:quos patri ex nouerca genitos cum cohæredes regni uereretur :interficere aggressus est.Cum autem unum ex his occidis set:duo in Olynthū confugerunt:quam mox Philippus hostiliter aggressus urbem an tiquitissimā & florētissimā:cædibus ac sanguine repletā opibus hominibusq; uacuauit abstractos etiā fratres supplicio & neci dedit.Dehinc cum excidio sociorū & parricidio fratrum elatus licere sibi omnia:quæ cogitauisset putaret auraria loca in Thessalia & ar genti metalla in Thracia inuasit.ac ne aliquod ius uel fas inuiolatū prætermitteret: præ occupato mari & classe dispersa piraticā quoq; exercere instituit.Præterea cum eum fra tres duo thraciæ reges de regni terminis ambigentes :iudicē ex consensu præoptauisset: Philippus more ingenii sui ad iudicium tanq̄ ad bellum cum instructo exercitu ingres sus inscios iuuenes uita regnoq; priuauit.Athenienses uero qui prius Philippi ingressū thermopylarum munitione repulerant ultro pacem eius expetentes fraudulētissimum

Philippus rex macedonum urbe sagitte oculum pdidit

Grecie ciuitates dū imperare singule cupiunt imperium omnes prdiderunt

hostem de neglecta introitus custodia commouerunt. Cæteræ etiam græciæ ciuitates ut interius ciuilibus bellis uacarent: sub specie pacis & fœderis sponte se externæ dānationi subiecerunt. maxime cū Thessali Boetii q́ poscerent Philippū: ut ꝓfessum se aduersum Phocenses ducē exhiberet: susceptumq́ bellū gereret contra phocenses: adhibitis secū Atheniensibus & Lacedæmoniis: uel differri bellū: uel auferri precio & precibus laborabant. Philippus tacite utrisq́ diuersa ꝓmisit: Phocensibus pacē & ueniā se daturū sacramento cōfirmans: Thessalis uero affuturū se mox cū exercitu spōdet. bellum tamen ab utrisq́; parari uetat. Igit̄ Philippus istructis copiis angustias thermopylarū securus ingredit̄. easq́ occupatas: dispositis præsidiis emunit. Tuncq́ primū se nō Phocenses soli sed & omnis Græcia captā esse ꝑsensit. Siqdem primo Phocenses Philippus rupta fide calcatoq́ sacramento infandæ dilacerationi dedit. Inde omniū urbes finesq́; populatus cruenta præsentia effecit: ut etiā absens timeret̄. Vbi uero in regnū redit more pastorū qui pecora sua nunc per æstiuos: nunc per hybernos saltus circūducunt: populos & turbas ut illi replenda: uel relinquenda quæque loca uidebant̄: ad libidinem suam transfert Miseranda ubique facies: & atrocissimum miseriarum genus obuersabatur: perpeti excidium sine irruptione: sine bello captiuitatē: sine crimine exilium: sine uictore dominatum: premit miseros inter iniuriarum stimulos superfusus pauor. ipsaque dissimulatione dolor crescit hoc altius demissus: quo minus profiteri licet timentibus ne ipsæ quoque lachrymæ pro cōtumacia accipiantur: alios populos auulsos a sedibus suis finibus hostiū opponit. alios ī extremis regni terminis statuit. quosdā æmulatione uirium ne possent quod posse credebant̄ ī supplementa exhaustarū urbiū diuidit. Ita gloriosissimum illud quondam florentis græciæ corpus in multas laceratasq́ particulas extincta primum libertate concidit. Sed hæc cum per aliquantas Græciæ ciuitates exercuisset: & tamen omnes metu premeret coniiciens ex præda paucorum opes omnium ad perficiendam æqualem in uniuersis uastationem utili emolumento necessariam maritimam urbem ratus Byzantium nobilem ciuitatem aptissimam iudicauit ut receptaculum sibi terra marique fieret eamque obsistentem ilico obsidione cinxit.

Philippus Rex Macedonū etiā absens timebatur.

dissimulatione dolor crescit

De ciuitate Bizantio quæ Constantinopolis dicta est.

h Aec autem Byzantium quōdam a Pausania rege Spartanorum condita. post autem a Constantino christiano principe in maius aucta & Constantinopolis dicta gloriosissimi nunc imperii sedes & totius caput orientis est. Philippus uero post longam & irritam obsidionem. ut pecuniam quam obsidendo exhauserat prædando repararet piraticam aggressus est. Captas itaque. clxx. naues mercibus confertas distraxit. & anhelanti inopiæ parua recreatione subuenit. Inde propter agendam predā & curandam obsidionem diuisit exercitum. Ipse autem cum fortissimis profectus multas Cherronesi urbes suscepit. profligatisq́ populis opes abstulit. Ad Scythiam quoque cū Alexandro prædandi ītentione ptrāsiit. Scythas tūc Etheas regebat: q cū Istrianorū bello premeretur: auxilia a Philippo per apollonienses petiit: sed continuo istrianorum rege mortuo: & belli metu & auxiliorum necessitate liberatus pactionem fœderis cum Philippo habitam dissoluit. Philippus dimissa obsidione Byzantii scyticum bellum totis uiribus aggreditur. Cōmissoq́ prælio cum scythæ & numero & uirtute præstarent. Philippi fraude uincuntur. In ea pugna. xx. M. uirorum ac fœminarū scythicæ gen-

Pausania rex Spartanorum

Philippus Macedonū Rex piraticam exercuit

Etheas rex Scytharum

tis capta:pecorum magna copia abducta:auri atque argenti nihil repertum. Nam & ea res primo fidem inopiæ scythicæ dedit. Viginti milia nobilium equoꝝ sufficiẽdo generi in Macedoniam missi sunt.sed reuertenti Philippo Traballi bello obuiãt.In quo ita Philippus in femore uulneratus ẽ:ut per corpus eius equus interficeretur. Cũq; eum omnes occisum putarent in fugã uersi prædã amiserũt.Aliquantula deinde mora dũ cõualescit a uulnere:in pace conquieuit.Statim uero ut cõualuit:Atheniensibus bellũ intulit:qui in tanto discrimine positi Lacedæmonios quondam hostes:tũc socios asciscũt:totiusq; græciæ ciuitates legationibus fatigant: ut cõmunem hostẽ cõmunibus uiribus petant. Itaq; aliquantæ urbes atheniensibus sese coniunxere:quasdam uero ad Philippũ belli metus traxit.Prælio cõmisso cum Athenienses longe maiori numero militũ præstarent:assiduis tamen bellis indurata Macedonum uirtute uincuntur:quã pugnã longe omnibus anterioribus bellis atrociorẽ fuisse ipse rerũ exitus docuit.

Philippi macedonũ Regis / acerrimum uulnus.

Græcia libertatem suam amisit.

Nam & hic dies apud uniuersam græciæ acquisitæ dominationis gloriam:& uetustissimæ libertatis statũ finiuit.Postea Philippus cruentissimã uictoriam in Thebanos et Lacedæmonios exercuit.Siquidem principes ciuitatũ alios securi percussit.alios in exilium egit.& omnibus bonis priuauit.Pulsos quidẽ a ciuibus ĩ patriã restituit:ex quibus. ccc.exules iudices rectoresq; præfecit.qui ut ãtiquũ dolorẽ noua potestate curarẽt:pressos infœliciter populos in spẽ libertatis respirare nõ sinerẽt. Præterea magno delectu militũ in subsidiũ regiæ dispositionis ex tota græcia habito.cc.M. peditũ &.xv.M.equitũ absq; exercitu macedonũ & infinita gẽtiũ barbariæ persicæ expeditioni in Asiam missurus instruxit. Tres duces:hoc ẽ Parmenionem: Amyntã & Attalũ præmittẽdos in Persas legit.Et dũ suprascriptæ copiæ de græcia cõgregarẽtur:Alexãdri qui erat Olympiadis uxoris suæ frater & post a sabinis in Lucania prostratus ẽ:quẽ Epiri regem ob mercedẽ stupri perpetrati in eũ constituerat nuptias in copulando ei filiam suã Cleopatrã cælebrare decreuit: qui cũ pridie q̃ occideretur interrogatus fuisset:quis finis homini esset magis optandus respõdisse fertur.eũ esse optimũ:qui uiro forti post uirtutum suarum gloriam in pace regnati sine cõflictatione corporis & dedecore animi subitus & celer inopinato ferro potuisset accidere:quod ipsi mox contigit.Nec ab iratis diis quos sẽper paruipenderat:quorũq; aras templa simulacraq; subuerterat:quin lectissimã ut ipsi uidebatur mortẽ adipisceretur:potuit impediri:Nã die nuptiarũ:cũ ad ludos magnifice apparatos inter duos Alexãdros generum filiũq; contẽderet:Pausania nobili macedonũ adolescente in angustiis sine custodibus circũuẽtus occisus ẽ.Afferãt nunc multisq; hæc uocibus efferant quasi uirorũ fortium laudes & facta fœlicia-quibus amarissimæ aliorũ calamitates in dulces fabulas cedunt:si tamen nunq̃ ipsi iniurias quibus aliquando uexantur:relatu tristiori deplorent.Si uero de propriis querimoniis tantum alios audiẽtes affici uolunt quantum ipsi perpetiendo senserunt:prius ipsi non præsentibus præterita:sed gestis gesta comparent.& utraq; ex auditu :uelut certi alienorũ arbitri iudicent per.xxv.annos incendia ciuitatum: excidia bellorũ:subiectiones prouĩciarũ:cædes hominũ:opũ rapinas:prædas pecorum:mortuorum uenditiones:captiuitatisq; uirorum unius regis fraus effera.& dominatus agitauit.

Alexandri epirotarum regis de morte eligenda egregium dictũ

Alexander successit Philippo in regnum.

Vfficerent ista ad exemplum miseriarum insinuata memoriæ nostræ gesta per Philippum: etiam si Alexander ei non successisset in regnum. Cuius bella: immo sub cuius belli mundi mala ordine sequentia suspendo paulisper: ut in hoc loco pro conuenientia temporum Romana subiiciam. Anno ab urbe condita. cccccxxvi. Caudinas furculas satis cælebres & famosas: insignis romanorum fecit infamia. Nam cum superiore bello uiginti milia Sannitum Fabio magistro equitum pugnam conferente cecidissent: circunspectiore cura Sannites ac magis instructo apparatu apud Caudinas furculas consederunt: Vbi cum Vecturium & posthumium consules omnesque copias Romanorum angustiis locorum armisque clausissent: Pontius dux eorum in tantum abusus est uictoriæ securitate: ut Hærennium patrem consulendum putaret: utrum occideret clausos: an parceret subiugatis? ut uiuos tamen dedecori reseruaret: elegit. Romanos enim antea sæpissime uinci & occidi: nunquam autem capi: aut ad deditionem cogi potuisse constabat. Itaque Sannites uictoria potiti uniuersum exercitum Romanum turpiter captum: armis etiam uestimentisque nudatum: tantum singulis uilioribus operimentis ob uerecunda corporum tegenda concessis: sub iugo missum seruitioque subiectum: longum agere pompæ ordinem præceperunt. Sexcentis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis oneratos ignominia cæteris rebus uacuos consules remiserunt. Quid de exaggerenda huius fœdissimi fœderis macula uerbis laborem: qui tacere maluissem? Hodie enim Romani aut omnino non essent: aut Sannio dominante seruirent: si fidem fœderis: quam sibi seruari a subiectis uolunt: ipsi subiecti Sannitibus seruauissent. Posteriore anno infringunt Romani firmatam cum Sannitibus pactionem: eosque in bellum cogunt. quod Papyrio consule insistente comissum magnas strages utriusque populi dedit. Cumque hinc ira recentis infamiæ: inde gloria proximæ uictoriæ pugnantes stimularet: tandem Romani pertinaciter moriendo uicerunt: nec cædi pariter uel cædere destiterunt: nisi postquam uictis Sannitibus: & capto duce eorum iugum reposuerunt. Idem deinde Papyrius satricum: expulso inde Sannitico præsidio: expugnauit: & cepit. Hic autem papyrius adeo tunc apud Romanos bellicosissimus habebatur: ut cum Alexander magnus disponere diceretur ab oriente descendens obtinere uiribus Aphricam: atque inde in Italiam transuehi: Romani inter cæteros duces tunc in republica sua optimos: hunc præcipuum fore: qui Alexandri impetum sustinere posset: meditarentur.

Conflictus et profligatio Romani exercitus apud furcas Caudinas

Papyrius consul sannitum victor

Initium regni Alexandri magni.

Gitur Alexander anno ab urbe condita. cccccxxvi. patri Philippo successit in regnum: qui primam experientiam animi & uirtutis suæ compressis cæleriter Græcorum motibus dedit: quibus auctor ut ab imperio Macedonum deficeret: Demosthenes orator auro Persarum corruptus extiterat. Itaque Atheniensibus bellum deprecantibus remisit: quos insuper etiam multo metu soluit. Thebanos diruta ciuitate deleuit. reliquos sub corona uendidit. cæteras uero urbes Achaiæ & Thessaliæ uectigales fecit. Illyricos quoque & Thracas translato mox abhinc bello domuit. Inde profectus ad Persicum bellum: omnes cognatos ac proximos suos interfecit. In exercitu eius fuisse tantummodo peditum. xxxii. milia: equitum. iiii. M. d. naues. c. lxxx. referuntur. hac tam parua manu uniuersum terrarum orbem utrum mirabilius sit quod uicerit: an quod aggredi ausus fuerit: incertum est. Primo eius cum Dario rege congressu. dc. M. persarum in acie fuerunt. quæ non minus arte Alexandri superata: quam uirtute Macedonum terga uerterunt. magna igitur cædes Persarum fuit. In exercitu autem Alexandri

Demosthenes orator.

Darius rex persarum.

.cxx.equites et nouē tātū pedites defuere. Deinde Gordien phrygiæ ciuitatē:quæ nūc sardis uocitat̄:obsessā expugnatāq; cæpit.ac direptioni dedit. Inde nūciato sibi Darii cū magnis copiis aduentu:timens angustias:quibus inerat locorū:Taurū mōtē mira celeritate trāscēdit:et.d.stadiis sub una die cursu trāsmissis Tharsū uenit.ibiq; cū sudās i cydnū perfrigidū amnē descendisset:obriguit.cōtractu neruorū proximus morti fuit. Interea Darius cum.ccc.M.peditū &.c.M.equitum in aciē procedit.mouebat hæc multitudo hostiū etiam Alexādrum maxime respectu paucitatis suæ:quāuis iā pridē.dc.M.hostium eadē paucitate superatis nō solū nō timere pugnā:sed etiā uictoriā sperare didicisset. Itaq; cū intra iactū teli uterq; constitisset exercitus & intētos in signū belli populos discurrētes princeps uariis incitamentis acuerrēt: ingētibus utrinq; animis pugna cōmittit̄. In qua ambo reges Alexāder & darius uulnerantur.ac tādiu certamē anceps:quoadusq; fugeret Darius. Exinde cædes persarū secuta est. Ibi tunc peditū octoginta. M.equitū.decē milia cæsa:capta autē quadraginta.M.fuere. Ex macedonibus uero cecidere centū triginta pedites.equites.cl. In castris persarū multū auri cæterarūq; opū repertū ē. Inter captiuos castrorū mater & uxor eadēq; soror & filiæ duæ Darii fuere. Quarū redēptionem Darius cū etiā oblata regni dimidia parte nō impetrauisset:tertio cūctis Persarū uiribus sociorūq; auxiliis cōtractis bellū instaurat. Sed dū hæc Darius agit:Alexāder Parmenionē ad iuadēdā persicā classē cū copiis mittēs ipse i Syriā proficiscit̄. Ibiq; ex multis sibi regibus cū ifulis ultro occurrētibus alios elegit.alios mutauit.alios perdidit Tyꝝ urbē antiqssimā & florētissimā:fiducia Carthaginēsiū cognatorū sibi obsistētē oppressit & cæpit. Exin Ciliciā:Rhodū atq; Aegyptū pertinaci furore peruadit. Inde ad tēplū Iouis Ammonis pgit:ut mēdacio ad tēpus cōposito ignominiā sibi patris icerti et ifamiā adulteræ matris aboleret. Nā accersitū ad se phani ipsius antistitē ex occulto monuit:qd sibi tanq̄ cōsulēti respōderi uelit:sicut historici eorū dicūt. Ita certus Alexāder fuit nobisq; prodidit:diis ipsis mutis & surdis uel i potestate eē ātistitis qd uelit fingere:uel i uolūtate cōsulētis:quid malit audire. reuertēs ab Ammone ad tertiū Persicū bellū Alexādriā i ægypto cōdidit. Darius uero spe pacis amissa.cccciiii.M.peditum:&.c. M.eqtū Alexādro ab Aegypto reuertēti apud Tharsum bello se opponit. Nec pugnæ mora:oēs cæca rabie i ferrū ruūt:Macedones totiēs a se uictis hostibus aīosi:Persæ:nisi uicant:mori præoptātes. Raro i ullo prælio tātū sāguinis fusū ē. Sed Darius cū uici suos uideret:mori i bello paratus:psuasu suoꝝ fugere cōpulsus ē. Hoc prælio Asiæ uires & regna ceciderunt.totusq; oriēs in potestatē macedonici cessit iperii.atq; ita attrita ē in hoc Persarum omnis fiducia:ut post hoc nullus rebellare ausus sit:patiēterq; Persæ post imperium tot annoꝝ iugū seruitutis accæperūt.

Alexāder Darium uicit.

a Lexander nāq; trigita quattuor cōtinuis diebus castrorum prædā pcensuit.ac Persepolim caput Persici regni:urbē famosissimā:cōfertissimāq; opibus totius orbis:inuasit:Dariū uero cū a propiquis suis uictū cōpedibus aureis teneri cōperisset:persequi statuit. Itaq; iusso ut se sequeretur exercitu:ipse cū.M.militū pfectus iuenit i itinere solū relictū:multis cōfossū uulneribus: & extrema uitæ p uulnera efflātē Hūc mortuū inani misericordia referri.& i sepulchris maiorū sepeliri præcæpit.cuius nō dicā mrēm uel uxorē:sed etiā paruulas filias crudeli captiuitate detinebat. In tāta maloꝝ multitudie difficillima dictis fides:tribus præliis totidēq; ānis qnqes decies cētena. M.

Alexander cū sudās i flumen perfrigidū descendisset obriguit. contractu neruoꝝ proximus morti fuit.:|

Alexander ad templū Iouis Ammonis pgit: ut p mendaciū ignominiam patris incerti et infamiam adultere matris aboleret.

Alexandriā in egypto ab Alexandro magno conditam.:|

peditum eqtumq̧ cõsũpta sũt. Et hæc qdẽ ex eo regno illisq̧ populis: unde iam ante annos nõ multo plures decies nouies cẽtena. M. profligata referuntur: q̃q̃ extra has clades per eosdem tres annos & Asiæ ciuitates plurimæ oppressæ sunt: & Syria tota uastata: Tyrus excisa: Cilicia exinanita: cappadocia subacta: Aegyptus addicta sit: Rhodus quoque insula ultro ad seruitutẽ tremefacta successerit: plurimæq̧ subiectæ Tauro ꝓuiciæ. atq̧ ipse mõs Taurus diu detrectatũ iugũ domitus & uictus acceperit: & ne forte q̃sq̃ opinet uel orientẽ solũ Alexãdri uiribus subactũ: uel italiã tãtũmodo Romana ĩqetudie fatigatã: tunc etiã bellũ Agidis Spartanoꝝ regis ĩ Græcia. Alexãdri regis Epiri in Lucania. zopirionis præfecti ĩ Scythia gerebãt: quoꝝ agis Lacedæmonius excitata: & rebellãte se cũ uniuersa Græcia cũ Antipatri fortissimis copiis cõgressus ĩter magnas utroꝝq̧ strages & ipse ꝓcubuit. Alexãder autẽ ĩ Italia affectãs occidẽtis ĩperium: æmulans Alexandrũ magnũ: post numerosa & grauia bella ibidẽ gesta: a Brutiis Lucanisq̧ superatus ẽ: corpusque eius ad sepulturã uenditũ. zopyrion uero præfectus Põti adunato. xxx. M. exercitu: Scythis bellũ ĩferre ausus ẽ. & usq̧ ad ĩternitionẽ cæsus funditus cum oĩbus copiis suis abrasus ẽ. Igitur Alexander magnus post Darii mortẽ Hyrcanos & Mardos subegit. ubi etiã illũ adhuc bello ĩtẽtũ Thalestris: siue Minothea excita suscipiendæ ab eo sobolis gratia cũ. ccc. mulieribus ꝓcax Amazon ĩuenit. Post hæc Parthoꝝ pugnã aggressus: quos diu obnitentes deleuit: ꝓpemodũ ãteq̃ uicit. Inde Dracas Euergetes Parymas: Patapamenos: Hydaspios: cæterosq̧ populos q ĩ radice: Caucasi morabanẽ: subegit urbe ibi Alexãdria sup amnẽ Tanaim cõstituta. Sed nec minor eius ĩ suos crudelitas: q̃ ĩ hostẽ rabies fuit. Docẽt hoc Amyntas cõsobrinus occisus: nouerca fratresq̧ eius necati: Parmenio & Philiotas trucidati: Attalus: Eurylochus: Pausanias: multiq̧ macedoniæ prĩcipes extincti: Clitus quoq̧ ãnis grauis: amicitia uetus nefarie ĩterfectus. Qui cũ in cõuiuio fiducia regiæ amicitiæ aduersus regẽ opera sua Philippo præponentẽ memoriã patris tueretẽ: ab offenso frustra rege uenabulo transfossus: cõmune cõuiuiũ moriẽs cruẽtauit: Sed Alexãder humani sanguinis ĩsaturabilis siue hostiũ siue etiã socioꝝ: recẽtem tamen semp sitiebat cruorẽ. Itaq̧ pertinaci ĩpetu ĩ bella ꝓcurrẽs Chorasmos & Dacos: ĩdomitã gentem ĩ deditionẽ accepit. Callisthenem philosophũ: sibiq̧ apud Aristotelẽ cõdiscipulũ cum plurimis aliis principibus: q eum deposito salutandi more: ut deũ nõ adoraret: occidit. Post hæc indiã petit: ut oceano ultimoq̧ oriente finiret ĩperiũ. Nysã urbẽ adiit. Dedalos mõtes regnaq̧ Cleophilis reginæ expugnauit: quæ cũ se dedidisset: cõcubitu regnũ redemit.

Indiã ĩgressus est Alexander.

Peragrata perdomitaque Alexander India: cum ad saxum miræ asperitatis: miræq̧ magnitudinis & altitudinis: ĩ quod multi populi confugerant: peruenisset: cognoscit Herculẽ ab expugnatione eiusdẽ saxi terræmotu ꝓhibitũ. æmulatione permotus: ut Herculis acta superaret: cum summo labore ac periculo saxo potitus oẽs loci eius gẽtes ĩ deditionẽ accepit. cũ poro fortissimo ĩdoꝝ rege cruẽtissimũ bellũ gessit: in quo Alexãder cũ ipso poro sigulariter cõgressus: occisoq̧ deiectus equo: cõcursu satellitũ præsentiã mortis euasit. Porus multis uulneribus cõfossus retẽtus & captus ẽ: quo ob testimoniũ uirtutis ĩ regnũ restituto: duas sibi cõdidit ciuitates niciã & bucephalã: q̃ de noĩe eq sui ita uocari præcepit. ide Arestas stathenos Passidas & gãgaridas cæsis eoꝝ exercitibus Macedones expugnauere. cũq̧ ad cõfines uẽtum eẽt. ibi cõtra. cc. milia eq-

Alexandri magni nõ minor in suos crudelitas fuit q̃ in hostem rabies.

Callisthenes philosophus.
Aristoteles philosophus.

Cleophilis regina concubitu regnum redemit.

Porus rex Indorum.

Buccephalã ciuitatẽ in India Alexander condidit a nomine equi sui denominatam.

tum hostiũ pugnã conseruerũt. Et cum ætate detriti: animo ægri: uiribus lassi difficile ui cissent: castra ob memoriã plus solito magnifica cõdiderũt. Exin Alexander ad amnem agasinũ pergit. Per hunc in oceanũ deuehitur. ibi Gessonas Sybosq: quos Hercules con didit: oppressit. Hinc Mardos & Subagras nauigat: quæ gentes eum armatis. lxxx. mili bus peditũ excipiunt. Cõmissoq prælio diu anceps & cruenta pugna: tandẽ tristem pene omnẽ uictoriã macedonibus dedit. Nã fusis hostiũ copiis Alexander exercitum ad ur bem duxit. Et cũ murũ ascẽdisset primus: uacuam ciuitatẽ ratus solus introrsũ desiliuit: quem cum undiq infesti hostes circundedissent: incredibile dictu est: ut eum nõ multi tudo hostium: nõ uis magna telorum: nõ tãtus lacessẽtiũ clamor terruerit. solus tot milia ceciderit: ac fugarit. At ubi se obrui a circũfusa multitudine persẽsit: muri obice posterio ra tutatus: contrarios facilius eo usq sustinuit: donec ad periculũ eius clamorẽq hostiũ perfractis muris exercitus omnis irrumperet. In eo prælio sagitta sub mãma traiectus: fixo genu eatenus pugnauit: donec eũ a quo uulneratus esset: occideret. Inde cõscẽsis na uibus cũ oceani littora pagraret: ad urbẽ quãdã cui Ambira rex erat: peruenit. Sed ĩ ex pugnatione ciuitatis magnam partẽ exercitus sagittis hostiũ ueneno illitis amisit. ac post herba per somniũ sibi ostensa: & in potũ sauciis data: cum reliquis subueniretur: urbem expugnauit & cæpit.

Oẽs prouĩciæ in Babylonia ad Alexãdrũ territæ legatos: pacẽ petẽtes miserunt.

Ost quasi circũacta meta de oceano Indum flumẽ ingressus Babylona celeri ter rediit: ubi eũ exterritarũ totius orbis prouinciarũ legati opperiebantur: hoc ẽ Carthaginensiũ & totius Aphricæ ciuitatũ: sed & hispanorum: gallorũ: sycilíæ sardiniæq. Plurimæ præterea partis Italiæ tantus rumor in sũmo oriente constituti ducis populos: ultimiq occidentis inuaserat: ut inde peregrinam toto mũdo cerneres legationẽ quo uix crederes peruenisse rumorem. Alexander uero apud Babyloniam cũ adhuc sã guinem sitiens male castigata auiditate ministri insidiis uenenũ potasset: interiit. O dura mens hominũ. & cor semper inhumanũ. Ego ipse qui hæc pro asserẽda omniũ temporũ alternata calamitate percenseo: in relatu tanti mali: quo uel ipsa morte uel formidine mor tis accæpta totus mundus intremuit: nũquid non lachrymaui oculis? nũquid nõ corde condolui? nunquid non reuoluens hæc propter cõmunem uiuendi statum maiorũ mi serias meas feci? cum tamen si quando de meipso refero ut ignotos primum barbaros uiderim: ut infestos declinauerim: ut dominantibus eblanditus sim: ut infideles præcaue rim: ut insidiantes subterfugerim: postremo ut persequẽtes in mari saxis: spiculisq appe tentes: manibus etiam pene iam apprehendentes repẽtina nebula circunfusus euaserim: cũctos audientes me in lachrymas cõmoueri uelim: & tacitus de non dolẽtibus doleam reputans duriciem eorum: qui quod non sustinuere non credunt. Hispanus Maurinus ad supplicandum Alexandro Babylona adiit. cruẽtumq dominũ ultro ne hostem exci peret: per Asyriã Indiamq quæsiuit: terrarũ metas lustrans: & utriq ĩfœliciter notus oce ano. & tamen tam uiolẽtæ necessitatis memoria uel obliuione defecit: uel uiluit uetusta te. Et nos perpetuæ recordationi hæsurũ putamus: quod plurima orbis parte secura unũ angulũ fugax latro uiolauit: quasi uero gothorũ & Sueuorũ pacẽ ut nõ dicã uersa uice Indus uel Asyrius: sed etiam uel ipse qui hostem patitr: Hispanun orauerit. At uero si illa Alexandri tempora laudanda potius propter uirtutem: qua totus orbis obtentus est:

Alexandri magni lib. hic animos et virtutes admirare

Alexander veneno interiit.

quam detestanda propter ruinam:qua totus orbis effusus est: iudicantur: inuenientur
& modo plurimi:q hæc laudanda censeant:quod multa uicerũt. & miserias alioꝝ fœli-
citatẽ suã reputent.Sed dicet quispiã.Isti hostes Romani sunt.Respondebitur. Hoc &
tunc toto orienti de Alexandro uidebat̃.talesq̃ & Romani aliis uisi sunt:dũ bellis qetos
ignotosq̃ petiuerunt.Sed illi acquirere regna.isti euertere student.Separata sunt hostis
excidia & iudicia uictoris.Siquidẽ & illi prius eos bellis afflixerũt:quos postea legibus
suis ordinarunt:& hi nunc hostiliter turbant:quæ q̃ non permiserit deus:si edomita ob
tinerent:ritu suo cõponere molirent̃ dicendi posteri reges magni:q nunc nouissimi ho-
stes adiudicant̃.Quolibet hæc gesta talia nomine censeant̃:hoc ẽ siue dicant̃ miseriæ:
siue uirtutes utraq̃ prioribus cõparata hoc tẽpore minora sunt.atq̃ ꝑ nobis ita utraq̃ fa
ciunt in cõparatione Alexandri atq̃ Persaꝝ:si uirtus nunc uocanda ẽ:minor ẽ hostium
si miseria minor est Romanorum.

Papyrius consul contemptis auguriis magnam consecutus est uictoriam.

Anno ab urbe cõdita.ccc.l.Fabio Maximo qnquies Decio Muræna quater cõ
sulibus:quatuor fortissimi florentissimiq̃ populi Italiæ in unũ agmen fœdusq̃
coierunt.Nanq̃ Hetrusci & Vmbri Sannites & Galli uno agmine conspiran
tes Romanos delere conati sunt. Tremefacti hoc bello Romanoꝝ animi.& labefacta
fiducia est:nec ausi sunt tantũ sperare de uiribus: dolo diuidere hostes potius rati pluri-
bus se bellis ĩplicauere q̃ grauibus.itaq̃ cũ qbusdã suis ad populandos hostiles agros in
Vmbriã Hetruriamq̃ præmissis Vmbroꝝ Hetruscorũq̃ exercitũ redire ad tuitionem
suoꝝ coegissent:cũ Sannitibus & Gallis bellũ inire ꝑperarunt.ĩ quo bello cũ Gallorũ
ĩpetu premerent̃ Romani:Decius consul occisus est.Fabius tamen post magnã Decia
næ partis stragem:tandẽ uicit.Eo prælio.xl.M.Sannitũ:siue Galloꝝ cæsa sunt.Roma-
norũ uero septẽ.M.ex Decii tantũmodo parte q occisus est:referunt̃.Fuisse autẽ absq̃
Hetruscis & Vmbris:quos astu Romani bello auocauerunt: Galloꝝ & Sannitum.xl.
M.peditũ &.x.M.equitũ.At uero septẽ.M.Liuius refert:& carpentarios.M.in armis *Liuius.*
contra aciẽ stetisse Romanã.Sed ut sæpe dictũ est:semper Romanoꝝ aut domesticam
quietẽ extraneis bellis ĩterpellatã:aut externos euentus morbis interioribus aggrauates
tantũ:ut omnimode ingentes animi undecũq̃ premerent̃.Hanc cruentam tristemq̃ ui-
ctoriã pestilentia ciuitatis onerauit:& triũphales pompas obuiæ mortuoꝝ exequæ pollue
runt.Nec erat cui de triũpho gaudia suaderent̃:cũ tota ciuitas aut ægris suspiraret: aut
mortuis.Sequit̃ annus quo Romani ĩstaurato a Sannitibus bello uicti sunt:atq̃ ĩ castra
fugerunt.Postea uero Sãnites nouum habitũ animumq̃ sumentes hoc est deargẽtatis
armis ac uestibus paratoque animo:nisi uincant: mori bello sese efferunt: Aduersum
quos Papyrius consul cum exercitu missus cum a pullariis auguribus uana coniectan-
tibus congredi prohiberetur: irridens eos tam fœliciter confecit bellũ: q̃ constan-
ter arripuit.Nam in hoc prælio.xii.M.hostium cæsa.tria.M.capta referuntur.sed hãc
quoque istius uere laudandam historiam:quam uani haruspices impedire non potue-
runt:oborti subito corrupere morbi.Nã tãta ac tã ĩtolerabilis pestilẽtia tũc corripuit ciui
tatẽ:ut ꝑpter eã quacũq̃ ratione sedandã:libros sibyllinos cõsulẽdos putarit:horrẽdũq̃
illũ Epidauriũ colubrũ cum ipso Aesculapii lapide aduexerint: quasi uero pestilẽtia aut *Epidaurium colubrum.*
ante sedata non sit:aut post orta non fuerit.Præterea altero abhinc anno Fabius Gurges

Fabius gurges fabij maximi filius.

cõsul male aduersus sãnites pugnauit. Nãq; commisso exercitu uictus in urbẽ refugit. Itaq; cum senatus de imouendo eo delibraret pater eius Fabius Maximus ignominiã filii deprecatus legatum se filio iturum ultro obtulit: si illi depellendæ ignominiæ & gerendi iterum belli facultas daretur. Qua impetrata prælioq; conserto: cũ subito pugnantem filium cõsulẽ insistẽte Pontio sannitum duce: & infestis hostiũ telis cõclusũ uideret: in mediũ se agmẽ pius senex equo uectus ingessit. Quo facto pmoti Romani tota ibi incubuere acie: donec ipsũ ducẽ Pontium deleto hostili exercitu: uictũ oppressumq; ceperunt. Cæsa sunt in eo prælio sannitũ. xx. M. capta autem. iiii. M. cũ rege suo. Tandemq; sanniticũ bellũ quod per. xlix. annos multa Romanorũ clade trahebatur: capti ducis destitutione finitũ ẽ. Anno subsequente cum sabinis Curio cõsule bellũ gestũ ẽ: ubi quot milia hominũ interfecta: quot capta sint: ipse consul ostẽdit: qui cũ in senatu magnitudinẽ acquisiti agri sabini & multitudinẽ capti populi referre uellet: numerum explicare nõ potuit. Anno ab urbe condita. cccc. lxiii. Dolobella & domitio consulibus Lucani brutii sãnites quoq; cũ Hetruscis & senonibus Gallis facta societate: cũ rediuiuum cõtra Romanos bellum molirẽtur: Romani ad exorandos gallos misere legatos: quos cũ galli interfecissent: Cæcilius prætor ob ulciscẽdã legatorũ necẽ & cõprimẽdũ multorũ hostium cũ exercitu missus ab etruscis gallisq; oppressus interiit. septem præterea tribuni militũ in ea pugna occisi. multi nobiles trucidati. xiii. M. etiam militũ romanorũ illo bello prostrata sũt. Ita autẽ quotiẽscũq; galli exarserũt: totis opibus suis Roma detrita est: ut sub præsẽti nũc cõcursatione gothorũ magis debeat meminisse gallorum.

Sannitum bellum finitum.

Quotienscumq; galli exarserunt totis opibus suis Roma detrita est.

Mortuo Alexandro rege Macedoniæ duces eius mutuis se bellis cõsũpserunt.

T ego nunc reuocor ut hæc eadem tẽpora qbus romani ista perpessi sũt: et quæ inter se bella gesserunt Macedonũ duces reuoluã: qui mortuo Alexãdro sortiti diuersas prouincias: mutuis se bellis cõsũpserunt: quorum ego tumultuosũ tẽpus ita mihi expectare uideor: quasi aliqua imẽsa castra p noctem de spectaculo mõtis aspectãs nihil in magni cãpi spatio præter inumeros focos cernam. Ita per totum macedoniæ regnũ hoc ẽ per uniuersã Asiã & plurimã Europæ partẽ Lybiæq; uel maximam horrẽdi subito bellorũ globi colluxerũt. qui cũ ea præcipue loca: in quibus exarsere: populati sũt: reliqua omnia terrore rumoris: quasi fumi caligine turbauerũt. Sed nequaq̃ tãtorũ regum ac regnorum bella excidiaq; explicabo: nisi prius ipsa cũ regibus regna prodidero. Igitur Alexãder per duodecim annos trementem sub se orbem ferro pressit. Prĩcipes uero eius. xiiii. annis dilaniauerũt: et ueluti optimam prædam a magno leone prostratam auidi discerpsere catuli. seque ipsos in rixam inuicem irritatos prædæ æmulatiõe fregerũt. Itaq; prima Ptolemæo Aegypti & Aphricæ Arabiæq; pars sorte prouenit. Cõfinẽ huic prouinciæ Syriam Laomedon Mitylenæus Ciliciam. Philotas & Philo illyrios accipiũt. Mediæ maiori acropatus. minori socer Perdicæ præponitur. Susania gens Scyno. Phrigia maior Antigono Philippi filio assignatur. Lyciã & Pãphiliã Learchus Cariã Cassãder. Lydiã menãder sortiũtur. Leonatus minorẽ Phrygie accæpit. Thracia & regiões põtici maris lysimacho. cappadocia cũ Paphlagonia eumedi data: Sũma castrorũ seleuco Antiochi filio cessit stipatoribus regis satellitibusq; Cassãder filius Antipři præficit. In Bractiana ulteriore & Indiæ regiõibus præfecti priores q̃ sub alexãdro eẽ cœperãt: pmãserũt. Seras iter duos ãnes hydaspẽ et Indũ cõstitutos taxillas hũit i colonias i

Indis conditas Pithon Agenoris filius mittit̃.Parapomenos fines Caucasi montis Axi-
arches accepit.Draicas & Argeos Statanor.Bactrianos Amyntas sortitur.Sagilianos
Scythæus.Nicanor Parthos.Philippus Hyrcanios.Phrataphranes Armenios.Neo-
ptolemus persas.peucestes Babylonios:Arthous.pelasgos.Archesilaus Mesopotamiā
adepti sunt.Igit̃ causa & origo bellorꝝ epistola Alexandri regis fuit:qua iussit omnes ex-
ules patriæ libertatiq; restitui.potentes.n.ciuitatū Græciæ:timentes ne exules recepta li-
bertate ultionē meditarent̃:a rege macedonū defecerūt.primi Atheniēses cōtracto.xxx.
M.exercitu &.cc.nauibus bellū cū Antipatro:cui Græcia sorte obuenerat:gerunt.per
Demosthenē quoq; oratorē Sicyona Argos & Corinthū cæterasq; sibi socias adiungūt.
Antipatrꝝ obsidione cingunt.Ibi dux eorꝝ Leosthenes telo ex muris iacto ꝑfossus occi-
ditur.Athenienses Leonato:q antipatro auxiliū ferebat:occurrūt.eiusq; copiis cōminu-
tis ipsum interficiūt.Perdica uero bellū Ariarato Cappadocū regi ītulit:eūq; uicit:in qua
uictoria nil præter uulnera & ꝑicula cōq̃siuit.Nā omnes ante irruptionē urbis suæ:suc-
censis domibus suis:se suaq; oīa cōcremauerāt.post hæc bellū īter Antigonū & perdicā
oritur:grauissime multis ꝓuinciis & īsulis ob auxilia uel negata:uel præstita dilaceratis
Diu deliberatū:utrū in Macedoniā bellū transferret̃:an in Asia gereret̃.nouissime ipse
perdica Aegyptū cū ingenti exercitu petit.Sic Macedonia in duas partes discurrētibus
ducibus in sua uiscera armat̃.Ptolemæus Aegypti uiribus & Cyrenēsibus copiis īstru-
ctus occurrere bello perdicæ parat.Inter hæc Neoptolemus & eumenes cruētissimo iter
se prælio digladiati sunt.Victus Neoptolemus ad Antipatrꝝ fugit:Q ue ut Eumenem
de insperato opprimat:purget:quod Eumenes futurꝝ ratus:insidiātes īsidiis capit.in eo
bello polypercon occidit̃.Neoptolemus & Eumenes mutuis sunt uulneribus confossi.
sed Neoptolemus interiit.Eumenes uictor euasit.perdica cū ptolemæo acerbissime bel
lo cōgressus:amissis copiis ipse quoq; interfectus ē.Eumenes pithon & illirius & Alcea
frater perdicæ a Macedonibus hostes ꝓnunciant̃:bellūq; aduersum eos ab Antigono
decernit̃.itaq; Eumenes & Antigonus collatis aduersū se maximis copiis conflixerunt:
Eumenes uictus ī quoddā castellū munitissimū fugit.unde auxilia Antipatri tunc potē
tissimi ꝑ legatos poposcit:quo nūcio territus Antigonus ab obsidione discessit.Sed nec
sic Eumeni spes firma aut salus certa.Q uare ultimo cōsilio Argyraspidas ob arma de-
argentata sic dictos:hoc ē milites q sub Alexādro militauerāt:in auxiliū rogat.Q ui fa-
stidiose ducē in disponēdo bello adeuntes ab Antigono uicti:castrisq; priuati & uxores
& liberos:simulq; omnia quæ sub Alexandro acq̃siuerant:ꝑdiderūt:q̃ postea turpiter ꝑ
legatos reddi sibi quæ ꝑdiderāt:uictorē rogāt.Antigonus aūt se redditurꝝ pollicet̃:si sibi
uinctum Eumenē ꝑtraherent.Ita illi spe recuperationis illecti dedecorissima ꝑditiōe du
cē suū:cuius signa pauloante secuti fuerāt.captiui ipsi captū catenatūq; duxerūt.& mox
cū fœdissima ignominia in exercitu Antigoni dispersi sunt.Interea Eurydice Aridei re-
gis Macedonū uxor multa sub nomine uiri nefaria egit ꝑ Cassandrꝝ:quē flagitiose co-
gnitum ad summum fastigium per omnes honorum gradus prouexerat:q ex libidine
mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit.Tunc Olympias mater Alexandri regis hor-
tāte polyperconte cū ab Epiro ī Macedoniā prosequente Eacida rege molossorꝝ uenire t
& ab Eurydice finibus prohiberetur:adnitentibus Macedonibus Arideū regē & Eury
dicē iussit occidi:q̃q̃ & ipsa Olympias continuo meritas crudelitatis pœnas luit.Nā cū

Argyraspidas ob arma deargentata sic dictos.

Abderite populi sunt q pp multitudinem ranarum et murum coacti sunt solum patrium relinquere

muliebri audacia multas principum cædes ageret audito aduentu Cassandri diffisa Macedonibus cum Rhoxane nuru sua & nepote Hercule in urbem Picthium cōcedit:ubiq; continuo per cassandrum capta interfecta est. Filius Alexandri magni cum matre in arcem Amphipolytanam custodiendus est missus. perdica Alceta & polyperconte cæterisq; ducibus: quos cōmemorare longum est: diuersæ partis occisis: finita bella inter successores uidebantur: cum Antigonus ardens cupiditate dominandi liberare bello Herculem regis filium ab obsidione simulat. His cognitis Ptolemeus & Cassander inita cū Lysimaco & Seleuco societate bellum terra mariq; enixe instruunt Antigonus in eo bello cum filio Demetrio uincitur. Cassander ptolemeo in uictoria particeps factus: cū Apolloniam rediret: incidit in abderitas: qui propter intolerandæ multitudinis ranas & mures relicto patrio solo & antiquis habitaculis emigrantes nouas sedes prætenta interim pace requirebant. Sed Cassander & uirtutem & multitudinem gentis agnoscens ne adacti necessitate Macedomoniam bello quaterent atq; inuaderent: recæptos in societatem in ultimis Macedoniæ finibus collocat. Inde cum iam Hercules Alexandri filius. xiiii. esset annorum timens ne eū Macedones quasi legitimum regem præoptarent occidendū tacite cum matre curauit. Ptolemeus iterum cum Demetrio nauali prælio conflixit: & cum pene omnem classem atq; exercitum perdidisset: uictus in Aegyptum refugit. Hac uictoria elatus Antigonum regem se cum Demetrio filio appellari iubet: quod exemplū omnes secuti: regium nomen sibi dignitatēq; sumpserunt. Igitur ptolemeus & Cassander cæteriq; factionis duces: cum decipi se ab antigono sigillatim uiderent: per epistolas seinuicem confirmantes coeundi in unum tempus locumq; condicunt. & bellum aduersus Antigonum cōmunibus uiribus instruunt. Cassander finitimorum bellis implicitus Lysimachum clarissimum inter omnes ducem cum ingenti manu pro se sociis in auxilium misit. Seleucus quoq; ex Asia maiore descendens nouus Antigono hostis accessit. Hic siquidē Seleucus plurima per oriētē inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babylonem bello expugnauit & cæpit. Bractianos nouis motibus assurgētes perdomuit. Transitum deinde in Indiam fecit: quæ post mortem Alexādri: ueluti detracto excussoq; a ceruicibus iugo præfectos eius occiderat. Sandrocotto quodam ad uindicādam libertatē duce: qui postea crudeliter in ciues agens: quos de extrema damnatione defēderat: ipse seruitio premebat. Cū hoc ergo Sādrocotto Seleucus q̄uis multa & grauia bella gessisset nouissime firmatis regni cōditionibus: & pacta pace discessit. Adunatis itaq; copiis Ptolemei sociorūq; eius pugna cōmittitur: cuius quāto potētior apparatus tanto grauior ruina fuit. Nā in ea tūc totius pene Macedonici regni uires cōciderūt. In ipso bello Antigonus occisus ē. sed finis belli huius initiū alterius fuit. Nā cū uictoribus de præda nō cōuenisset: iterū in duas factiōes deducūt. Seleucus Demetrio. Ptolemeus Lysimacho iūgit. Cassandro defūcto filius Philippus succedit. Sic quasi ex itegro noua Macedoniæ bella nascūtur. Antipater Thesalonicē matrē suā Cassādri uxorē. q̄uis miserabiliter pro uita præcātē: manu sua trāsuerberauit. Alexāder frater eius dum bellū aduersū fratrē ob ultionē matris instruit a demetrio: cuius auxiliū petierat: circūuētus occiditur. Lysimachus cū doricetis regis Thracū infestissimo bello urgeret: aduersus Demetrium pugnare non potuit: Demetrius argumēto Græciæ & totius Macedoniæ elatus in Asiā trāsire disposuit. Ptolemeus autem & seleucus & Lysimachus experti priore

certamine:q̄tæ uires essent cōcordiæ:iteꝝ societate facta:adunatisq; exercitibus bellū in Europā transferūt aduersus Demetriū.His se comitē & bellis sociū Pyrrhus rex Epiri iungit:sperās Demetrium Macedonia posse depelli.Nec spe frustratus fuit:qppe exercitu eius corrupto:ipsoq; in fugā acto regnū Macedoniæ Pyrrhus iuasit.Deide Lysimachus geneꝝ suū Antipatꝝ isidiātē sibi iterfecit:filiūq; suū Agatoclē ultra humanum morē posus occidit:qbus qdē diebus Lysimasia ciuitas formidolosis terræ motibus euersa:oppresso ꝗ populo suo crudele sepulchꝝ fuit.Lysimachū autem assiduis se parricidiis cruentantē omnes socii deseruerūt.& ad seleucū se deferentes ꝓnū iam æmulatione regni:ut bellū Lysimacho inferret hortati sunt.Res fœdissimi spectaculi erat:duos reges: quoꝝ Lysimacus ānos natus.lxxxiiii.seleucus autē.lxxvii.de eripiēdis regnis alterutꝝ cōcurrere i acie stare.arma gerere. Vltimū hoc qdē bellū Alexādri cōmilitonū fuit: sed quod ad exemplū miseriæ humanæ fuerit reseruatū.Quippe cū orbē terraꝝ extinctis iam.xxxiii.ducibus Alexādri soli possiderent:angustissimos senectutis ac uite suæ terminos nō aspiciens angustos eē iperio suo totius mundi terminos arbitrabant̄.In eo bello Lysimachus uel amissis uel iterfectis prius ante hāc pugnā.xv.liberis postremus occisus ē.sic Lysimachus solutio pugnæ Macedonicæ fuit.sed nec Seleucus qdē tanta uictoria ipune ē lætatus.Nā neq; ipse post.lxxvii ānos qetē naturalis mortis iuenit.sed extortā sibi ifœliciter uitā:uelut imatura morte finiuit.Quippe isistente ptholemæo:cuius sororē Lysimachus i matrimonio habuerat isidiis circūuētus occisus ē.Hæc sūt iter parentes & filios fratres & socios cōsanguinitatis societatisq; cōmercia.Tāti apud illos diuina atq; humana religio pēdebat̄.Erubescāt sane de recordatiōe præteritoꝝ:q nūc iteruentu solius fidei christianæ:ac medio tātū iurationis sacramento uiuere se cū hostibus: nec pati hostilia sciunt:qbus idubitātissime ꝓbatur:ꝗ non sicut illi antea cæsa iungebant fœdera porca:sed quia nunc iter Barbaros ac Romanos creatorē eis dominū suum cōtestantes tātū fide adhibita i sacramentū seruāt euāgelia:quātū tunc nec iter parentes ac filios potuit seruare natura:Nunc autē finis Macedonici belli: finis etiā libri fiat: præsertim cū iā abhinc Pyrrhi bella icipiāt:& mox Punica consequantur.

Pauli Orosii in quartum librum præfatio.

DIXISSE Aeneā Virgilius refert:cū post ꝑicula sua suoꝝq; naufragia residuos ægre socios solaret̄.Forsitā & hæc oli meminisse iuuabit.Hæc sententia semel apte ficta semp uim suā triplicē diuersissimis effectibus refert:cū & præterita tāto gratiora habent̄ i uerbis:quāto grauiora referūtur i gestis: & futura dū desiderabilia fastidio præsentiū fiūt:semp meliora credunt̄.Ipsis autē præsentibus ob hoc i nulla parte miseriaꝝ iusta cōparatio adhiberi pōt:quia multo maiore molestia afficiūt:quātulacumq; sint ista:quæ sunt: q̄ illa quæ siue transacta siue uentura & si magna dicunt̄ iterim omnino nō sunt.Veluti si quis nocturnis pulicibus titilatus atq; ex eo uigiliis anxius alias forte quas ex ardentissimis febribus diu sustinuit uigilias recordet̄:ꝓculdubio ipatientius feret istoꝝ iquietudinem:q̄ illaꝝ recordationē.Sed quāuis apud omniū sensus ꝓ captu tēpoꝝ ita uideri queat:nunqd tamē aliqs existet q uel in ipsa anxietate ꝓnunciet grauiores pulices esse q̄ febres:aut acerbius accipiat se uigilare sanū q̄ dormire potuisse morituꝝ:Quæ cū ita sint delicatis istis & querulis nostris utcūq; cōcedo ut hæc quibus nunc quia sic expedit iterdū admo

Pyrrus rex Epiri.

futura dū desiderabilia fastidio presentiū fiunt semp meliora creduntur.

uemur sentiendo grauia putēt. Non tamē cōniueo: ut etiā asserant cōparando grauiora: quēadmodū si quis molissimis e stratis cubiculoq; percōmodo matutinus egrediens nocturno gelu lacunariū dorsa obriguisse barbasq; incanuisse prospiceret: & inopinato uisu admonitus diceret: frigus ē hodie: hic mihi nequaquā reprehēdendus uideretur: quia uel cōmuni usu uel proprio sensu locutus esset. At si trepidus in cubiculū recurrens stratisq; sese adoperiens uel magis abdēs clamaret tantū omnino frigus esse quantum nec in Apēnino aliquādo fuerit: cū Hanibal elephātos equos plurimāq; exercitus sui partē: niuibus clausus atq; oppressus amisit: hūc ego puerilibus licentiis nausēātē: nō modo dicētē ista non ferrē: sed etiam ab ipsis stratis ocii sui testibus in populū publicūq; protraherē: eiq; foras producto infātes in eo atq; ex eo gelu ludētes iocūdātes sudātesq; mōstrarem: ut uerbosa nugacitas delicatis uiciata nutrimētis nō in tēpore uiolentiā: sed i se esse segnitiē doceret. & in cōparatiōe rerū diiudicāda nō maiores parua tolerasse: sed se nec parua tolerare sufficiēter pbarent. Quod euidētius ipsis i memoriā reuolutis prāteritorū cladibus approbabo: Pyrrhi bello i primis sicut ordo ē prodito: cuius causa & origo hæc fuit.

De Pyrrho rege qui multa bella intulit Romanis.

a Nno ab urbe cōdita. cccc. lxiiii. Tarentini Romanā classē forte prætereūtē e spectaculo theatri prospectā hostiliter inuaserūt quinq; tantū nauibus uix per fugā elapsis: cætera retracta in portū classis & profligata ē. præfecti nauiū trucidati: omnes bello utiles cæsi: reliqui precio uēditi sunt. Cōtinuo missi tarētū a Romanis legati ut de illatis quererentur iniuriis: pulsati ab eisdē auctas insuper iniurias rettulerunt. His causis bellū ingēs exortū ē. Romanos qui quantiq; hostes circūstreperēt permetientes: ultima adegit necessitas proletarios quoq; in arma cogere: hoc ē eos qui in urbe sufficiendæ semper prolis causa uacabant militiæ ascribere. quippe cū frustra de prole cura sit nisi rebus præsentibus consulatur. Itaq; irruit in uniuersos Tarētinorū fines cū leuino consule Romanus exercitus: igni ferroq; uastat omnia. plurima expugnat oppida iniuriā insolēter accæptā crudeliter uidicat. Cōtinuo Tarētinos plurimis finitimorū præsidiis fultos maxime Pyrrhus auxit: qui etiā in se ob magnitudinē uiriū cōsiliorūq; sūmā belli nomēq; traduxit. Nā Tarētū utpote ex lacedæmoniis cōditā cognatāq; græciæ ciuitatē uindicaturus totas uires Epiri Thessaliæ & Macedoniæ elephantes usq; i id tēpus iuisos romanis numero. xx. in Italiā primus inuexit: terra mari uiris eqs armis belluis ad postremū uiribus suis dolisq; terribilis: sed delphici illius uanissimi spiritus & mēdacissimi nebulonis: quē uatē magnū ipsi ferūt: responso circūuētus ambiguo: exitū fecit qualem nō putabat illū cōsuluisse. Itaq; apud Heracleā cāpaniæ urbē fluuiūq; Lirim prima iter Pyrrhū regē & Leuinū cōsulē pugna cōmissa ē. Cōsūptus ē grauissimo certamine dies utrinq; omnibus mori intentis: fugere nesciis. Introductos autē inter cōcurrētia agmina elephātos: forma truces: odore graues: mole terribiles: ut uidere romani nouo pugnandi genere circūuenti & territi: equis maxime pauitātibus diffugerūt. Sed postq̄ Minutius quartæ legionis primus hastatus protentā in se manū belluæ gladio desecuit: & cōturbatam dolore uulneris auerti bello: atq; in suos sæuire cōpulit: eiusq; imoderato discursu pturbari: ac permisceri cœperūt: finis pugnæ etiā beneficio noctis impositus ē. Victos fuisse Romanos turpis fuga prodidit: quorū tūc cecidisse peditū referuntur. xi. M. dcccc. lxxx. capti autē. ccc. & x. Eqtes uero cæsi. cc. xlv. capti. dcccii. signaq; amissa. xxii. Nā

proletarios.

frustra de prole cura sit nisi rebus presentibus consulatur.

Pyrrhus rex Epiri Elephātes primus in Italia duxit.

quantus e diuerso numerus socio℞ Pyrrhi fuerit extinctus:memoriæ non est traditum maxime qa scriptorũ ueter℞ mos est ex ea parte quæ uicerit:occisorũ nõ cõmemorare numerum:ne uictoriæ gloriã maculent dãna uictoris:nisi forte cum adeo pauci cadunt: ut admirationẽ terrorẽq; uirtutis augeat paucitas pditorum:sicut ĩ prima belli Persici cõgressione apud Alexandrũ Magnũ fuit:cui iter.cccc.fere milia hostiũ ĩterfecta: nouẽ tãtũmodo ĩ exercitu eius pedites defuisse referunt.Sed Pyrrhus atrocitatẽ cladis:quam hoc bello exceperat:diis suis hominibusq; testatus est:Affigens titulũ ĩ tẽplo Tarentini Iouis:ĩ quo hæc scripsit.Qui antehac fuere ĩuicti uiri pater optime Olympi:hos ego ĩ pugna uici.uictusq; sum ab eisdẽ.Et cum a sociis ĩcreparet̃:cur se uictum diceret:qui uicisset:respõdisse fert̃.Næ ego si iterum eodẽ modo uicero: sine ullo milite Epirũ reuertar. Interea Romanus exercitus postq̃ uictus clam fugit e castris:miserabilẽ belli cladẽ grauioribus monstris auctã accumulatãq; persensit.Nã pabulatores forte ,pgressos : uelut hostilis quædã oborta tẽpestas cum horribili fragore cœli correptos diris fulminibus exusit.Quippe.xxxiiii.eorũ quidã turbo ,pstrauit.xxii.semineces relicti:iumenta exanimata & capta q̃plurima:ut merito cõtigisse nõ in signum uastationis futuræ: sed uastatio ipsa referat̃.Secunda ĩter Pyrrhum & romanos cõsules pugna in Apuliæ finibus fuit:ubi clades belli ad utrosq;:sed maxime ad Pyrrhum.uictoria ad Romanos cõcæssit.Nã cum diu obnixe cunctis in mutuã cædẽ ruentibus anceps illi pẽderet euẽtus Pyrrhus transfixo brachio saucius prior cessit e prælio.Sed & Fabritius legatus tunc uulneratus est.Elephanti prima pugna uulnerari:atq; ĩ fugã cogi posse deprehensi.deinde subiectis ĩter posteriora ac mollia ignibus exagitati:ardentes ĩsuper machinas furore trepido circunferẽtes exitio suis fuere. Cæsa sunt ĩ ea pugna.iiii.M.romanorum.de exercitu uero Pyrrhi uiginti millia ,pstrata sunt.Regis signa ablata quadragintatria.Romano℞ undecim amissa sunt. Romanorum miseria nullis cessat induciis.

Yrrhus bello fractus Agathocle mortuo rege Syracusano ad Siciliæ accersitus ĩperiũ syracusas cõcessit.sed & Romano℞ miseria nullis cessat ĩduciis.Cõsumit̃ morbo℞ malis ĩtercapedo bello℞.& cũ foris cessat̃ a prælio:agit̃ ĩtrorsũ ira de cœlo.Nã Fabio Gurgite ite℞ Gaio Genutio Clepsina cõsulibus pestilẽtia grauis urbẽ ac fines eius ĩuasit:quæ omnes tum præcipue mulieres pecudesq; corripiens: necatis ĩ utero fœtibus futura ,ple uacuauit.& ĩmaturis partubus cũ piculo matrum extorti abortus ,piiciebant̃.adeo ut defectura successio:& defutu℞ animantiũ genus adempto uitalis partus legitimo ordine crederet̃.Interea reuersum ex Sicilia Pyrrhũ Curius consul excepit:tertiũq; id bellũ cõtra Epirotas apud lucaniã ĩ Aurusinis campis gestũ ẽ.Itaq; primo cõcursu:cũ Pyrrhi milites Romano℞ ĩpressiõe trepidarẽt:circũspectãtesq; fugã bello cedere molirent̃:Pyrrhus elephãtos ex subsidiis iussit ĩduci.Romani assueti iã pugnare cũ belluis:cũ malleolos stuppa ĩuolutos:ac pice oblitos:uncis ĩsup & aculeis tenaces præparauissent:eosq; flãmatos ĩ terga bellua℞ turresq; uibrarẽt: nõ difficile furentes ardentesq; belluas ĩ eo℞ excidia:quo℞ subsidia fuerãt:retorserũt.Octogita nanq; milia peditũ ĩ illo prælio habuisse regẽ dicũt.eqtũ uero sex.M.Ex his cæsa referunt̃.xxx.M. capti autẽ.ccc.Pyrrhus qnto decimo ãno:quo uenerat:ab Italia uictus aufugerat: qui post multa grauissimaq; bella quæ gessit ĩ Græcia apud Argos Achaiæ florentissimã urbẽ Spartani regni auiditate seductus saxo ictus ĩteriit.Tũc quoq; apud Romanos Sex-

scripto℞ ueterũ mos ẽ ex ea pte que uicerit occiso℞ nõ cõmemorare numerũ

Tempestas cũ horribili fragore cœli pabulatores Romano℞ diris fulminibus exusit

Curius consul.

modus uincendi elephantos.

Pyrrus rex saxo ictus iteryt

Sextilia uirgo vestalis viua defossa est.

tilia uirgo ucstalis conuicta: dānataq̃ incesti ad portā Collinā uiua defossa est.

Comperta morte pyrrhi Tarētini noua arma sollicitāt.

Anno ab urbe condita.cccclxxvi. Tarentini Pyrrhi morte cōperta iterum noua aduersus Romanos arma sollicitant. Carthaginēsiū auxilia poscūt per legatos atq̃ accipiūt. Conserto prælio uicere Romani: ubi iā tunc Carthaginēses: q̃uis nōdū hostes adiudicati: uinci tamē a Romanis se posse sēserūt. Sequenti anno magnam uiscerū suorū partem seueritas romana cōcidit. Nā aduētāte dudum Pyrrho octaua legio diffidens romanæ spei: nouū scelus auxit. Rhegynos oēs: quibus subsidio præerat: interfecit. prædā sibi omnem atq̃ ipsū oppidū uēdicauit. Hoc facinus in tā sceleratos defectores puniēdū Genutio cōsuli uisum ē: qui obsessa Rheginorꝝ urbe captisq̃ oībus ipse quidē in reliquos pfugas: & latrones exercuit digna supplicia. Romanos uero milites integræ legionis Romā misit: q populi iussu medio foro uirgis cæsi: securiq̃ pcussi sūt. Visū sibi ē tunc Roma uicere cum legionem suā integrā occidit: quæ sine dubio uicta fuisset: si eā hostili prælio prodidisset.

Obscœna & dira prodigia uisa sunt Romæ.

Anno ab urbe condita.cccclxxvii. obscœna & dira prodigia uel uisa romæ: uel nūciata sūt. Aedes salutis ictu fulminis dissoluta. pars muri sub eodē loco de cœlo ut dicūt tacta ē. Lupi tres ante lucē ingressi urbē semesū cadauer intulerunt sparsumq̃ mēbratim in foro ipsi strepitu hominum exterriti reliquerūt. Apud Phormias multis ictibus fulminum mœnia undiq̃ ambusta & dissoluta sunt. Apud agrum Calœnū repēte flāma scisso hiatu terræ eructata tribus diebus & tribus noctibus terribiliter exæstuās qnq̃ agri iugera exhausto penitus succo ubertatis in cinerē extorruit ita: ut nō fruges solum: sed & arbores cum imis stirpibus abumpsisse referatᷣ. Sequenti ab hic āno Sēpronius consul aduersus Picentes duxit exercitum. Et cum directe intra iactum teli utraq̃ acies constitisset: repente ita cum horrendo fragore terra tremuit ut stupore miraculi utrūq̃ pauefactum agmen hebesceret. Diu attoniti utrinq̃ populi hæsitauere. Præiudicata icesti cōsciētia tādē procursu cōcito iniere certamē. Triste adeo id bellū fuit: ut merito dicatᷣ tantū sāguinē humanum susceptura etiā cū gemitu horrisono tūc terra tremuisse. Romani qui pauci admodū eo prælio euasere uicerūt.

Inter multa prodigia sanguis terra. lac uisū ē emanare de cœlo.

Anno ab urbe cōdita.cccclxxx. inter prodigia: sanguis e terra: lac uisū manare de cœlo. Nā & plurimis locis scaturiēs e fontibus cruor fluxit: & de nubibus guttatim in speciē pluuiæ lacte demisso: diris: ut ipsis uisū ē: terrā imbribus irrigauerunt. Eo tēpore Carthaginēses dato aduersū romanos auxilio Tarentinis: cū a senatu per legatos arguerētur: turpissimā rupti fœderis labē præsūpta accumulauere periurio. Tūc etiā Vulciniēses Hetruscorū florentissimi: luxuria pene periere: nā cū licētia ī cōsuetudine prorogata: seruos suos passim liberos facerēt cōuiuiis alligarēt: cōiugiis honestarēt: libertini ī partē potestatis recepti plenitudinē p scelus usurpare molliti sūt: & liberati serui tutis iugo ābitu dominatiōis arserūt. & quos dominos subditi eq̃nimiter dilexerūt: eos iā liberi quos dominos fuisse meminerāt: execrati sūt. Itaq̃ cōspirātes ī facinus libertini: quorū tāta manus fuit: ut sine cōtrouersia ausu potirētᷣ: correptā urbē suo tatū generi uēdicāt patrimonia cōiugiaq̃ dominorū sibi p scelus usurpāt: extorres dominos pcul abi-

Rheginorꝝ urbe obsessa capta p legio romanorꝝ securi percussa est.

edes salutis.

Sempronius consul picentes vicit.

Vulcinienses hetruscorꝝ florentissimi a libertinis suis pulsi p romanos restituuntur.

gunt q miseri:exules egentesq; Romā deferunt̃:ubi ostētata miseria: querelaq; defleta p Romanoꝝ seueritatē & uindicati sunt & restituti. Anno ab urbe cōdita.cccc.lxxx.primo pestilētia igens apud Romā cōflagrauit:cuius atrocitatē significare cōtentus sũ:qa uerbis iplere nō possũ. Si eni spaciũ tēporis:quo māsit/igrit̃:ultra bienniũ uastando porrecta ē.si depopulatio quā egerit: census idictus est:q nō q̃tũ hominũ deperisset.sed q̃tũ supfuisset iqreret.si uiolentia qua id fecerit:sibyllini libri testes sunt:q eam cœlesti ira ipositā respōderunt. Sed ne queq̃ quasi tentatio cauillatiōis offendat:quod cũ sibylla iratos deos dixerit.nos iram cælestem dixisse uideamur:audiat & intelligat:ꝙ hæc & si plærũq; per aereas potestates fiũt:tamē sine arbitrio oīpotētis dei omnino nō fiũt: Eodē tēpore Capparonia uirgo uestalis icesti rea suspendio periit.corruptor eius cōsciiq; serui supplicio afflicti sunt. Ecce cōtinuati quæ & quāta numeramus:accidisse ānis singulis plurima:iter quos certe raro aut pene nullo nihil triste gestum ē. Et hoc cũ iidē scriptores ꝓposito sibi magis laudādi negocio cauerent numerositates miseriaꝝ:nec eosdem quibus hæc & de qbus scribebant̃ ostenderent.auditoresq; suos exēplis præteritoꝝ terrere potius:q̃ istruere uiderent̃. Porro aũt nos i ultimo tēpoꝝ positi mala Romanoꝝ scire nō possumus:nisi p eos:q laudauere Romanos. Ex quo itelligi dat̃:quāta illa fuerit:quæ studio ꝓpter horrorem ipressa sunt: cum tāta inueniantur quæ tenuiter inter laudes emanare potuerunt.

Bella punica successerunt.

[a] T quoniā ex hoc iam punica bella succedunt res ipsa exigit ut de Carthagine quæ āte urbē Romā duos et.lxx.ānos ab Elisa cōdita iuenit̃:deq; eius cladibus ac domesticis malis sicut Pōpeius Trogus & iustinus exprimunt:uel pauca referant̃. Carthaginenses uelut uernaculũ atq; itestinũ semꝑ iter se malũ habuere discordiam:qua ifœliciter exagitāte nulla unq̃ tempora uel foris ꝓspera uel domi qeta duxerũt. sed cũ iter cætera mala etiā pestilentia laborarent:homicidiis ꝓ remediis usi sunt. Quippe homines ut uictimas imolabāt:ætatemq; ipuberem:quæ etiā hostiũ misericordiam ꝓuocaret:aris admouebāt: De quo sacroꝝ:imo sacrilegioꝝ genere:qd potissimũ discutiendũ sit:nō iuenio. Si enim huiusmodi ritus aliq dæmones præcipere ausi sunt:ut mortibus hominũ occisione hominũ satisfieret:itelligēdũ fuit se oparios atq; adiutores pestilētiæ cōduci:ut ipsi:quos illa nō corripuisset: occiderēt. Sanas enim atq; icorruptas offerri hostias mos ē.ita ut illi nō sedarent morbos:sed præuenirent. Itaq; Carthaginenses aduersis diis ꝓpter istiusmodi sacra.sicut Pōpeius Trogus & Iustinus fatent̃: sicut etiā apud nos cōstat ꝓpter præsũptionē ipietatēq; ipsoꝝ irato deo cũ i sicilia diu ifœliciter dimicassent:translato i Sardiniā bello iteꝝ ifœlicius uicti sunt:ꝓpter ꝙ ducē suũ Mezeũ & paucos q supfuerāt milites exulare iusserunt. Exules ueniā p legatos petētes repulsi patriā bello & obsidione cinxerũt. Ibi tunc Mezeus dux exulũ Chartalonē filiũ suũ sacerdotē Herculis:ꝙ sibi uelut insultans purpuratus occurrerat:i crucē sub oculis patriæ ut erat dignus:cũ purpuris isulisq; suspēdit. Post paucos aũt dies urbē ipsā cæpit:q cũ iterfectis plurimis senatoꝝ cruente dominaret̃:occisus ē. Hæc tēporibus Cyri Persaꝝ regis gesta sunt: Post hæc uero Hamilcho rex Carthaginensiũ cũ i Sicilia bellũ gereret:repente horribili peste exercitũ amisit. Nec mora morbis.populo cateruatī cadente.cito quisq; correptus mox mortuus iā nec sepeliebat̃:cuius mali nũcius cũ attonitā tā repētino luctu Carthaginē repleuisset:nō secus:ac si capta eēt:turbata ciuitas fuit. Oīa ululatibus ꝑsonabāt

clausæ ubiq; ianuæ.cūcta priuata publicaq; officia dānata uniuersi ad portū currūt.egredientesq; de nauibus paucos qui cladi superfuerāt de suis percūctabātur.Postq̄ de clade suorū dicētibus illis uel gemētibus miseri intelligūt:tūc toto littore plāgentiū uoces:tunc infœliciū matrū ululatus & flebiles querelæ audiebātur .Inter hæc exiēs procedit & ipse de naui sua imperator sordida & seruili tunica discīctus.Ad cuius cōspectū plāgētia iungūtur agmina.Ipse quoq; manus ad cœlū tēdens nunc suā:nūc publicā infœlicitatē accusat & deflet:ad postremū uociferās per urbē:tādē ingressus domū cūctos qui lachrymantes persequebātur:ultimo dimisit alloquio.ac deinde obseratis ianuis exclusis etiam filiis gladio dolorē uitāq; finiuit.Hæc Darii tēporibus gesta sūt.Post hæc Hāno uir quidā carthaginēsis priuatis opibus rei.p.uires superās:inuadēdæ dominationis hausit cupiditatē.Cui rei cōsiliū utile ratus ē:ut simulatis unicæ filiæ nuptiis oēs senatores quorū dignitatē obstirutā incæptis suis arbitratur:inter pocula ueneno necaret.Quæ res p ministros prodita:sine ultione uitata ē:ne in uiro potēti plus negocii res faceret cognita q̄ cogitata.Hoc cōsilio elusus Hāno alio machinamēto facinus aggredi parat. Seruitia cōcitat:quibus repēte incautā urbē opprimeret.Sed cū ante statutā cædibus diē proditum se præuētūq; itellexisset:castellū quoddā cū uigīti milibus seruorum armatus occupat:Ibi dū Aphros regēq; maurorū cōcitat:captus ē.ac primo uirgis cæsis:deinde effossis oculis & manibus cruribusq; fractis:cū a singulis mēbris pœna exigeretur:in cōspectu populi necatus ē.Corpus uerberibus laceratū crucifixū ē.filii cognatiq; oēs supplicio traditi: ne quis eū eiusdē familiæ unq̄ aut imitari:aut ulcisci meditaret̄.Hæc tēporibus Philippi gesta sūt.Post hæc carthaginēses cū Tyrū urbē auctorem originis suæ:ab Alexandro magno captā euersāq; didicissēt:timētes trāsitū eius ī aphricā futurū:hamilcharē quēdā cognomēto Rhodanū uirū facūdia solertiaq; præcipuū ad perscrutādos Alexādri actus direxerūt:qui per parmenionē quasi trāsfuga exceptus dehinc in militiā regis admissus omnia ciuibus suis p tabellas scriptas:& post cæra superlitas enunciabat. Hunc mortuo Alexādro carthaginē reuersū:quasi urbē regi uēdicasset:nō ingrato tātū aīo.uerū etiam crudeli inuidia necauerūt.Deīde cū assidua:nec unq̄ satis prospera aduersus Siculos bella gererent:& syracusas urbē siciliæ tūc florētissimā obsidione cinxissent:per Agatoclem siciliæ regē miro circūuēti ingenio usq; ad extrema desperationis adducti sūt.Nāq; Agatocles cum apud syracusas a Carthaginēsibus obsideretur:ac se neq; bello parē īstructu copiarū neq; obsidionis patientem stipendiorū sufficientia uideret:bene prouiso: ac melius dissimulato cōsilio in Aphricā cū exercitu transiit.Ibi suis quid molliatur:aperit: deinde quid facto opus sit:docet.Ilico unanimiter naues primum:in quibus uenere incēdūt nequa spes refugiendi foret.Deinde cū oīa in quæ direxisset:prosterneret:uillas castellaq; incenderet:Hannonem quendam cum.xxx.M.Pœnorum obuiū habuit: quē cum duobus.M.suorū interfecit.Ipse autē duos ī eo bello tantum perdidit.Qua pugna & Aphrorū animis incredibiliter fractis & suorū ī immēsum auctis urbes castellaq; expugnat.prædas īgētes agit.hostiū multa milia trucidat.Castra deīde ad quintum lapidem a Carthagine statuit:ut damna rerum opulentissimarum uastationemq; agrorum & incendia uillarum de muris ipsius urbis specularētur. Adiicit̄ præsētibus malis tristior fama.Nā & apud siciliā deletus cū īpatore Aphrorū exercitus nūciat̄:quē reuera incautū ac pene ociosū Andro Agatoclis frater oppresserat.Hoc p totā aphricā rumore dispso

Hano.

hamilcar

hano dux Carthaginē[illegible]

nō tributariæ tātum urbes ab his:uerū etiā sotii reges deficiebāt:iter quos rex quoq; Cyrenarū Apellas pactus est cū Agathocle comunionē belli:dū regnum Aphricæ ardenter affectat. Sed postq̄ i unū exercitus & castra iunxerunt:p Agathoclē blādimentis & isidiis circunuentus occisus est. Carthaginenses cōtractis undiq; copiis i bellum exarsere. Quibus Agathocles habens secum Apellæ copias cōgredit̄.eosq; magno utriusq; exercitus sāguine & graui prælio superat. Hoc certaminis discrimine tāta desperatio pene illata est:ut nisi i exercitu Agathoclis orta seditio fuisset:trāsfugiturus ad eū Hamilchar dux Pœnorū cū exercitu fuerit. Ob quā noxā i medio foro iussu Carthaginensiū patibulo affixus crudele spectaculum suis præbuit. Deīde cum post mortem Agathoclis Carthaginenses Siciliā istructa classe uastarent:a Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito: terrestri naualiq; certamine sæpe superati nouissime ad romana bella cōuersi sunt. Prohdolor:legunt ne ista de ueteribus:q de recentibus cōquerunt̄:imo legunt:& ea nō æqtate sed æmulatione cōiiciunt. Maximo eni illo & ieffabili: quē nec ipsi discernunt: stimulo cōpūgunt̄:nō ꝓpter tēpora mala:sed propter tēpora christiana:& deriuatio est iuidi ulceris:ut q̄cq̄d agit̄ sub execrabili:atrocius esse uideat̄:sicut etiā iter nos sæpe inimicorū oculis uideri solet eos:quos execrant̄:nihil nō prauū:nihil nō turpe:nihil nō obscœnum nihil nō uulnerosum dicto factoue agere. & hoc tamen simpliciter. In tantū eni captum cor obliquat iuidia:ut rectū natura nō uideat:de quorū numero sunt isti. Sed multo miseriores:qa inimici dei ac peride inimici ueritatis:de q̄bus flentes hæc dicimus: & quos misericorditer si patiant̄ arguimus:ut sanemus:q uitioso oculo hæc uident. atq; ide o duplicia illis uident̄:quæ uident:& cōfusi caligine neq̄ciæ i id cadunt:ut minus uidēdo plus uideant:cū tamen id quod est:ita ut est uidere nō possint:q grauiora arbitrant̄ flagella patris q̄ hostis icendia:q acerbiorē uocāt blandientē:admonentē:& redimentē deū:q̄ ꝑsequentē:dominātem trucidantemq; diabolū:q̄q̄ si de parte itelligerent:de castigatione gauderēt:& si præuideret̄ fructus eruditionis:eēt disciplina tolerabilis:ac ꝓpter spē:quæ nunc gētibus data ē: āte uero nō fuerat:leuiora ducerēt:& si grauiora paterent̄ q̄q̄ cōtēptus miseriarū possunt etiā a suis discere:apud quos sūma mala ꝓ sūmis bonis existimata sūt tātū:ut gloriā famæ cælebrē atq; illustrē cōsequerent̄:p quos colligi dat̄:quāta nobis:q̄bus æternitas beata ꝑmittit̄:sint tolerāda ꝓ uita. cū illi tāta potuerit tolerare ꝓ fama.

Quod Romani Siculos & Pœnos uicerunt. & regulus haud procul a flumine Bragada serpentem miræ magnitudinis interfecit.

a Nno ab urbe condita.cccc.lxxxiii. Appio Claudio & Quinto Fabio consulibus: Mamertinis:quorum Messana nobilis Siciliæ ciuitas erat:auxilio contra Hieronem Syracusanum regem:& pœnorum copias Hieroni iunctas Appium Claudium consulem cum exercitu misere Romani:qui tam celeriter Syracusanos Pœnosque superauit:ut ipse quoque rex rerum magnitudine perterritus ante se uictum q̄ congressum fuisse prodiderit: qui ex infractis uiribus amissaque fiducia: cum pacem supplex rogaret.cc.argenti talentis iussu consulum mulctatus: accepit. Consules itaque Agrigentum Siciliæ ciuitatem adeuntes:ibi præsidia Pœnorū operibus uallo q; cinxerūt. Cūq; iclusus ea obsidiōe senior Hānibal iperator Pœnorū ad sūmā egestatē redactus eēt:Hāno iperator nouus Carthaginēsiū cū equitibus. M.d.&.xxx. peditū milibus.xxx. etiā elephātis ex iprouiso itercessit. expugnationemque ciuitatis paulisper di-

hamilchar dux pœnorum

In tantū enim captū cor obliquat inuidia: ut rectum natura nō uideat

hiero rex Syracusanus

hānibal senior imperator pœnorum.

hāno īperator nouus Carthaginensium

ſtulit.ſed continuo ciuitas capta ē.Pœni maximo bello uicti & profligati.xi.elephāti in poteſtatē redacti.Agrigētini ſub corona omnes uēditi ſūt.Hānibal ſenior facta cū paucis eruptione diffugit.Gneo cornelio Aſina & Gaio Duilio conſulibus:cū Hānibal ſenior orā Italiæ maritimā inſtructa.lxx.nauiū claſſe uaſtaret:romani & ipſi claſſem fabricari atq; inſtrui præcipiūt:quod Duilius conſul celeriter impleuit.Nā intra.lxx.diē qua arbores cæſæ erāt.c.xxx.nauiū claſſis deducta in ancoris ſtetit Cornelius Aſina conſul alter cū.xvi.nauibus Liparā inſulā petit:ubi ab Hānibale:quaſi ad colloquiū pacis euocato:Punica fraude captus.atq; in uinculis necatus ē:Quod ubi Duilius alter cōſul audiuit:cū.xxx.nauibus aduerſus Hānibalē profectus ē.Cōmiſſo nauali prælio Hānibal amiſſa naui:qua uehebat̄ ſcapha ſubductus aufugit.xxx.naues eius & una captæ.xiii.merſæ.iii.M.hoīum occiſa.vii.M.capta referunt̄.

Scipio consul.

Poſtea carthaginēſes Gaio Aquilio Floro & Lucio Cornelio Scipiōe cōſulibus Hānonē ī locū Hānibalis ſubrogatū ꝑ Sardis Corſis defēſādis:nauali prælio præfecerūt:q a Scipione cōſule uictus:amiſſo exercitu ipſe cōfertiſſimis hoſtibus ſe īmiſcuit.ibiq; interfectus ē.Eodē anno.iii.M.ſeruorū & .iiii.M.naualiū ſociorū in urbis Romæ excidium cōiurarunt: & niſi maturata proditio cōſiliū præueniſſet:deſtituta præſidio ciuitas ſeruili manu periiſſet. Anno ab hoc proximo Calatinus conſul Camerā ſiciliæ urbē petēs temere in anguſtias deduxit exercitum: quas Pœnoꝝ copiæ iā dudum præſtruxerāt. Cui cū oīno nulla uel obſiſtēdi uel euadēdi facultas eēt:Calphurnii flāmæ uirtute & ope liberatus ē:qui lecta.ccc.uiroꝝ manu īſeſſū ab hoſtibus tumulū occupauit.& in ſe Pœnos oēs pugnādo cōuertit donec Romanus exercitus obſeſſas anguſtias hoſte nō urgēte trāſiret.Cæſi ſūt ī eo prælio oēs.ccc.ſolus Calphurnius q̄uis multis cōfoſſus uulneribus & cadaueribus obtectus euaſit. Hānibal ſenior a carthaginēſibus iterū claſſi præpoſitus īfœliciter cū romanis nauali prælio cōgreſſus & uictus ē:ab exercitu ſuo ſeditione orta lapidibus cooptus interiit.Attilius cōſul Liparā Melitāq; inſulas ſiciliæ nobiles peruagatus euertit.

Hamilchar poenorum imperator

Cōſules in aphricā iuſſi trāſferre bellū cū.cccxxx.nauibus Siciliā petierūt:quibus Hamilchar pœnorū imperator & Hāno claſſi præfectus occurrit.Cōſerto nauali prælio carthaginenſes in fugam uerſi .lxiiii.naues perdiderūt. Victores conſules in aphricā cōuerſi ſūt.primāq; omniū Clipeā urbē in deditionē recæperūt.Inde Carthaginē petētes.ccc.aut eo amplius caſtella populati ſūt.infeſtaq; carthagini ſigna circūtulerūt

Manlius consul.

Manlius cōſul ab aphrica cū uictrici claſſe decedēs.xxvii.M.captiuorū cū ingētibus ſpoliis Romā reuexit.

Regulus serpentem mire magnitudinis interfecit

Regulus bellū Carthaginēſe ſortitus:iter cū exercitu faciēs haud ꝓcul a flumine Bragada caſtra cōſtituit: ubi cū plurimos militum aquādi neceſſitate ad flumen deſcēdentes ſerpēs miræ magnitudinis deuoraret:Regulus ad expugnandam beſtiam cū exercitu profectus ē.ſed nihil in tergo eius proficientibus iaculis atq; omni telorum ictu irrito:quæ per horrendā ſquamarū cratē quaſi per obliquam ſcutorum teſtudinē labebatur.mirūq; ī modū ne corpus læderēt ab ipſo corpore pellebāt̄:cū īſup magnā multitudinē m orſu comminui:impetu proteri:halitu etiā peſtifero exanimari uideret.

balistas per quas saxum murale eiiciebatur

balliſtas deferri imperauit per quas ſaxū murale ſpinæ eius icuſſū cōpagem totius corporis diſſoluit.Talis ſiquidē ē natura ſerpētis:ut cū pedibus carere uideat̄:coſtis tamē & ſquamis quas a ſūmo gutture uſq; ad imā aluū parili modo diſpoſitas habet:ita īſtruat̄ ut ſquamis:q̄ſi unguibus:coſtis quaſi cruribus innitat̄.Non.n.ut uermis.cui ſpinæ rigor non eſt & ī directū corpuſculi ſui partes

gradatim porrigẽdo cõtractas:cõtrahẽdo porrectas motũ explicat:sed alternis ĩterã conatibus latera sinuosa circũfert:ut p exteriorẽ spinæ curuaturã rigentẽ costaꝝ aciẽ tendat:costis autẽ natura ad sũmũ rectis squamaꝝ ungulas figat:quod uicissim & celeriter agẽdo nõ solũ plana perlabit᷑:sed etiã cõuexa cõscendit:tot uestigiis ĩstructa:quot costis Huius itaq̃ rei causa ẽ:ut si ĩ qualibet corporis parte ab aluo usq̃ ad caput ictu aliquo collidat᷑:debilis reddita cursũ habere nõ possit:qa ubicũq̃ illi ictus ĩciderit:spinã soluit:per quam costaꝝ pedes & motus corporis agebant᷑.unde etiã hic serpens q̃ tãdiu tot iaculis iuulnerabilis obstitit:ad unius saxi ictũ debilis cessit.ac mox circũuẽtus telis facile oppressus ẽ.Coriũ autẽ eius Romã deuectũ:quod fuisse.cxx.pedũ spatio ferunt: aliquandiu cunctis miraculo fuit.Regulus aduersus tres ĩpatores idest Hasdrubales duos & accitũ ex Sicilia Hamilcarẽ atrocissimũ bellum gessit:ĩ quo cæsa sunt Carthaginẽsiũ.xvii.M.capta autẽ.v.M.elephanti.x.&.viii. abducti :oppida. lxxxii.ĩ deditionem cessere Romanis.Carthaginẽses fracti bellis:& cladibus exinaniti pacẽ a regulo poposcerunt sed cum ĩtolerabiles & duras cõditiones pacis audissent:tutius rati sese armatos mori q̃ miseros uiuere:precio nõ solũ Hispanoꝝ uel Galloꝝ auxilia quæ iam dudũ plurima habebãt:sed etiã Græcorũ cõparãda duxerunt.Itaq̃ Xanthippũ Lacedæmoniorũ regẽ cũ auxiliis accitum ducẽ bello præfecerunt.Xantippus ĩspectis Pœnorũ copiis atq̃ ĩ cãpũ deductis:lõge in melius mutato apparatu:pugnã cum Romanis ĩseruit.Ingens ibi ruina uirium Romanarum fuit.Nã.xxx.M.Romanorũ militũ ĩ illa tunc cõgressione prostrata sunt.Regulus ille dux uir nobilis cũ.d.uiris captus ẽ:& ĩ catenas cõiectus decimo demũ ãno Punici belli nobilẽ triũphũ Carthaginẽsibus præbuit.Xantippus tã audacis facti cõscius rerum ĩstabiliũ mutatiõem timens ilico ex Aphrica migrauit ĩ Græciã.Igitur Aemilius Paulus & Fuluius nobilior consules audita captiuitate reguli & clade exercitus Romani trãsire ĩ Aphricã cum classe.cc.nauiũ iussi Clipeã petunt.Eo Carthaginenses cũ pari classe cõfestim uenerunt.nec differre potuit nauale certamẽ.ciiii.naues Carthaginensium demersæ.xxx. cũ pugnatoribus captæ.præterea. xxxv.M. militũ cæsa sunt.Romanoꝝ autẽ nouẽ nauibus deprehẽsis.M.c.periere milites.Cõsules autẽ Clipeæ castra posuerunt.Duo Hãnones ĩpatores pœnoꝝ eo rursus cũ exercitu magno cõuenerunt.prælioq̃ cõmisso.ix.M.militũ ꝑdiderunt.Sed & tũc apud Romanos nũq̃ diuturna fœlicitas erat.& qualescũq̃ successus magnis cõtinuo maloꝝ molibus obruebant᷑.Cũ itaq̃ Romana classis ad Italiam prædis onusta remearet:infando naufragio euersa ẽ.Nã ex.ccc.nauibus.ccxx.perierunt.lxxx.uix abiectis oneribus liberatæ sunt. Hamilcar dux pœnoꝝ cũ exercitu ĩ Numidiã mauritaniãq̃ missus:postq̃ hostiliter crudenteque ĩ uniuersos egit:q̃ regulũ libenter suscepisse dicerent᷑.M.argenti talentis.&.xx M.boũ reliquos cõdemnauit.Principes autẽ omniũ populoꝝ patibulo suffixit.Tertio anno sicut semper idomitus furor cito periculorũ obliuiscit᷑.Seruilius Cæpio & Sempronius Blesus consules.cclx.nauibus ĩ Aphricam transgressi uniuersam oram maritimam:quæ circa syrtes iacet depopulati sunt.atque in superiora progressi : captis euersisque ciuitatibus plurimis ingentem prædam ad classem deuexerunt.Inde cum ad Italiam redirent:circa Palinuri ꝓmontoriũ:quod a Lucanis montibus in altum excurrit: illisi scopulis.c.l.naues onerarias nobilemque prædam crudeliter acquisitam infœliciter perdiderunt.Vicit aliquando apud Romanos improbissimam cupiditatem enormi-

Hasdrubales duos.

Xanthippus Lacedemoniorum Rex.

Paulus Aemilius.

Duo Hanones imperatores penorum.

Indomitus furor cito periculorum obliuiscitur.

Cotta consul.

Hasdrubal absens a Poenis capite damnatus est.

Hanibal hamilcharis filius.

Luctatius consul

tas miseriarũ.Nã patres:quibus nauticæ rei iam pertesum erat:decreuere ne amplius q̃ .lx.nauiũ classis ad subsidiũ haberetur Italiæ:quod quidem decretũ cõtinuo adacti indomita cupiditate ruperũt.Præterea Cotta cõsul in Siciliã trãsgressus plurimis præliis aduersus Pœnos & Siculos terra mariq; pugnauit.& p totã Siciliã parti hostiũ.partim ẽt sociorũ inhumanas strages reliquit.Lucio Cæcilio metello Gaio Furio Placidio cõsulibus Hasdrubal nouus carthaginensiũ imperator cũ elephãtis.c.xxxiii.& equitum:peditũq; amplius.xx.M.Lilybeũ uenit ex Aphrica.& cõtinuo cũ metello consule apud Panormũ pugnã conseruit.sed metellus uim magnã belluarũ timẽs prius eas magno usus cõsilio uel in fugã:uel in mortẽ egit.& sic facile q̃uis magnã uim hostiũ supauit.xx.M. Carthaginẽsiũ in eo prælio cæsa sunt.elephanti quoq;.xxvi.interfecti.ciiii.capti.& per Italiã ducti maximũ Italis gentibus spectaculũ præbuerũt.Hasdrubal cũ paucis Lilybeũ profugit.atq; absens a Pœnis capite dãnatus est.

Quod Carthaginẽses deuicti pacẽ a Romanis petierũt nec impetrauerunt.

Post hæc fessi tot malis Carthaginẽses pacẽ esse petẽdã a Romanis decreuerũt: Ad quã rẽ Attiliũ regulũ antea ducẽ romanũ:quẽ iam per quinq; annos captiuum detinebãt:inter cæteros legatos præcipue mittẽdum putauerũt: quẽ non impetrata pace ab Italia reuersum:resectis palpebris illigatum in machina uigilãdo necauerunt.Alter deinde Attilius Regulus & Manlius Vulsco ambo bis cõsules cum classe.cc.nauiũ &.iiii.legionibus Lilybeũ profecti sũt:quod oppidũ in promõtorio sitũ Romani obsidere conati:superueniente Hãnibale:qui Hamilcharis fuit filius uicti: maiore exercitus sui parte perdita.ipsi ægre euaserũt.Post hos claudius consul cũ classe.cxx.nauiũ ad drepani portũ cõtra hostẽ profectus:ibiq; mox exceptus classe pœnoꝝ superatus ẽ.Et ipse quidẽ cũ.xxx.nauibus Lilybeũ in castra cõfugit.reliquæ oẽs.hoc ẽ.lxxxx.aut captæ aut demersæ fuerũt.viii.M.militũ cæsa.xx.M.capta referuntur.Gaius quoq; iunior collega Claudii uniuersam classẽ naufragio amisit.Anno etiã cõsequẽti classis Punica ĩ Italiã trãsiit.eiusq; plurimas ptes lõge lateq; uastauit.Interea Luctatius cũ classe.cc. nauiũ in Siciliã trãsuectus:dũ apud Drepanũ ciuitatẽ pugnã ĩter primores siciliæ cieret: trãsfixo femore ægerrime cũ iã obrueretur erectus ẽ. Porro autẽ pœni cũ.cccc.nauibus magnisq; copiis ad siciliã duce Hãnone cõcurrũt. Nec tamẽ Luctatius segnior:immo consilia Pœnorũ celeritate mira præuenit.Postq̃ proxime sibi utrorũq; classes apud Aegades insulas per totã noctẽ intertextis propemodũ ancoris cõstituerunt:orta luce prior Luctatius signũ bello dedit.Crudescẽte pugna uictus Hãno nauẽ auertit.& dux fugæ primus fuit.Aliquãta cũ eo pars exercitus sui Aphricã petũt.alii cõfugere Lilybeũ sexaginta tres Punicæ naues captæ sunt.cxxv.demersæ.xxxii.M.hominũ capta.cæsa.xiiii. .M.fuere.Romanorũ autẽ.xii.naues demersæ sũt.Luctatius deinde ad Ericinã ciuitatẽ:quã Pœni tenebãt:uenit.ibiq; duo.M.Carthaginẽsiũ cõserta pugna interfecit.

Carthaginẽses Romã mittũt.& pacẽ petũt cõditiõibusq; ante propositis cõsequũtur.

Vnc Carthaginẽses præcipiti festiatiõe ad luctatiũ cõsulẽ ac deĩde Romã mittũt:Orãt pacẽ:quã cõditiõibus ante ꝓpositis ilico cõsequũť.Cõditiões aũt erãt ut Sicilia Sardiniaq; decederẽt:pro quo ĩpẽsis bellicis puri argẽti .iii.M. talẽtorũ Euboicoꝝ :æqs pẽsiõibus p ãnos.xx.pẽderẽt.Huius pacis cõditio ĩita ẽ post ãnũ.iii. &.xx.ex quo bellũ punicũ primũ fuerat ĩchoatũ. Quis rogo duaꝝ ciuitatũ unũ bellũ

per annos.xxiii.gestum fando explicet? quos reges Carthaginensiũ:quot consules Romanorum:quot agmina exercituũ:quãtũ numerum nauium contraxerit: profligarit: oppresserit.& tum demum si illa ad plenũ ppensa uideant: de præsentibus iudicet? Anno ab urbe condita.dvii.repentina subuersio ipsius Romæ præuenit triumphũ Romanorum. Neq; enim temere dixerim quando nõ uel modicã læticiã Romæ superueniens repente q̃ grauissimus luctus oppresserit.Si qdem Quito Luctatio Catulo Aulo Manlio consulibus diuersæ ignium aquarumq; clades pene absumpsere urbẽ.Nã Tyberis isolitis auctus imbribus.& ultra opinionẽ uel diuturnitate uel magnitudine redundans oĩa Romæ ædificia i plano posita deleuit.Diuersæ qualitates locorum ad unã cõuenere perniciem: quoniã quæ segnior redundatio tenuit:madefacta dissoluit.& quæ cursus torrentis inuenit:ipulsa deiecit.Aquarum grauissimã cladẽ grauior ignis secuta uastatio est: q ignis incertũ unde surrexerit plurimas ciuitatis partes puagatus:cũ hominũ domorumq; miserabilem stragẽ fecisset:tũ etiã tantũ opum uno icendio consũpsit: q̃tũ plurimæ & pegrinæ uictoriæ cõferre nõ possent.Dehinc cũ omnia in circuitu fori popularet: ædem Vestæ corripuit.Et nec sibi siqdem diis subueniẽtibus:ignẽ illũ qui æternus putabat: temporarius ignis oppressit.Vnde etiã Metellus dum arsuros deos eripit:uix brachio semiusto ablatus aufugit.Tiro Sempronio Gracco & Gaio Valerio Fulcone cõsulibus cum Phaliscis bellauere Romani.eoq; prælio quindecim millia Phaliscorum interfecta sunt.

Tybridis dilluuium. / ignis urbẽ Romã pluribus in locis vastauit. / Phaliscorum bellũ cũ Romanis

Galli cisalpini noui hostes bellum Romanis intulerunt.

Odem anno Galli cisalpini noui extitere hostes:aduersum quos uaria sorte bellatum est.Nam in primo conflictu Valerio consule.iii.M.d.cecidere Romanorum.secundo.xiiii.M.Gallorum cæsa.ii.M.capta sunt.sed ob priorem cladẽ triumphus consuli denegatus est.Tito Manlio Torquato Gaio Attilio Bubulco consulibus Sardinia insula rebellauit:auctoribus Pœnis:unde mox Sardi subacti & oppressi sunt.Carthaginensibus autẽ uiolatoribus pacis:quã ipsi poposcissent:iferri bellũ decretum est.Contra Carthaginenses pacem suppliciter poposcerunt.& cũ hi missis legatis nihil pfecissent:post etiã.x.principibus bis æque supplicantibus nec ipetrarent:nouissime hãnonis hominis minimi iter legatos oratiõe meruerũt.Hoc ãno porta Iani gemini clausa est:quia nusq̃ eodem anno bellũ erat:quod sub Numa solũ Põpilio rege puenerat.Hic demum nobis tacendũ est:& quia tempora quidẽ conferri nostra nullo modo possunt:silentio transmitti expedit:ne obtrectatores dierum uitæ suæ ad insultandum potius sibi hoc strepitu suscitemus.Ecce portæ Iani clausæ fuerunt.foris bellum Romanorum nõ fuit.omnem sobolem suam i gremio suo cõquiescentẽ Roma cõtinens nõ superauit.

hãno homo minimus pacem Carthaginẽsibus obtinuit a Romanis sua oratione. / Iani gemini porta clausa est.

Post primum punicum bellum Roma uno anno post.cccc.annos quieuit.

T hoc quando? post primum bellum Punicum.post quantum temporis? post annos quadringentos sexaginta.quamdiu?anno uno.& quid altero sub secutum est?ut de cæteris taceam:bellũ Gallicum:& Hannibal cum bello Punico secundo.Heu mihi cognouisse hæc & denudasse.Quinetiam me pudet.pax ista unius anni:uel magis umbra pacis:lenimẽtũ miseriarum:an icẽtiuũ malorum fuit? stillicidiũ istud olei i mediũ magnæ flãmæ cadens extinxit fomitẽ tanti ignis:an aluit? Parum aquæ frigidæ ardentissimis haustũ in febribus sanauit ægrotum:an potius icendit? per annos prope.dcc.idest ab Hostilio Tullo usque ad Cæsarem Augustũ una tantũmodo æstate

Romana sanguinē uiscera non sudarūt. & inter plurimas magnorū sæculorū ætates mi
sera ciuitas:uere misera mater:uix uno tēpore a timore luctuū:ut non dicā ab ipsis lucti
bus cōquieuit. Hoc si quisquā hominū tā parum in uita sua quietis habuisset:nunqd uel
uixisse diceretur? Aut si quisquā per totū annū doloribus & cruciatibus angatur:medio
autē anni ipsius spatio unū tātum diē tranquillū:& sine cōflictationibus trāsigat:nunqd
ex eo die leuamētum malorū accipiet:ac nō totū annū miseriis deputabit? Sed illi inquit
hunc annum pro glorioso signo infatigabilis uirtutis collocauerunt:atq; utinā pro obli
uione calamitatis cōtinuæ præterisset. Nā sicut ī corpore hominis ita demum dignoscit̄
lepra:si uariatim īter sanas cutis partes color diuersus appareat:at si ita se ubiq; diffundat
ut oia unius coloris:q̄uis adulterari faciat periit illa discretio:ita si labor continuus æqua
li tolerantia:sine respirandi appetitu perfluxisset:intētio uoluntatis & electio cōsuetudi-
nis diceretur. Cum autē in hoc pauxillum ocii tātopere uel maiorum gaudia:uel mino
rum studia reclinātur:profecto discernitur:& quā iocunditatē habuerit hæc breuitas:et
quā amaritudinem illa prolixitas:hoc ē. qes illa q̄ grata fuisset:si diuturna mansisset:et
hæc incessabilis miseria q̄ etiā uitanda fuerit:si uitari quacūq; potuisset. Anno ab urbe
condita.dcxliiii. Hamilchar dux carthaginēsium ab hispanis in bello cū aliud bellū ad-
uersus Romanos clā pararet:occisus ē.

hamilcharis trucidatio

Legati Romanorū ab Illyriis interfecti sūt:pro quibus atrocissimū bellū gestum est.

Equenti anno legati Romanorū ab Illyriis interfecti sūt. Post cū ipsis illyriis
atrocissimum bellū gestum ē in quo multis oppidis populisq; deletis: reliqui se
Fuluio posthumioq; consulibus dediderunt. Tertio deinceps anno miserā ciui
tatem sacrilegis sacrificiis male potētes funestauere pontifices. Nāq; decē uiri cōsuetudi
nē priscæ superstitionis aggressi Gallum uirum & Gallā fœminā cū muliere simul Græ
ca in foro boario uiuos defoderūt. Sed obligamentū hoc magicum in contrariū conti-
nuo uersum est. Nāq; diras illas:quas fecerāt externorū mortes fœdissimis suorū cædi-
bus expiauerunt. Siquidē Lucio Aemilio Catulo Gaio Attilio regulo cōsulibus magna
formidine consternatus senatus defectione cisalpinæ Galliæ:cum etiā ex ulteriore Gal-
lia ingens aduentare exercitus nunciaretur:maxime gessatorū quod nomē non gentis
sed mercenariorum Gallorum ē. Itaq; permoti consules totius italiæ ad præsidium impe
rii cōtraxere uires. Quo facto in utriusq; consulis exercitu.dccc.M.armatorum fuisse
referuntur:sicut Fabius historicus:qui eidē bello interfuit:scribit:Ex quibus romanorū
& campanorū fuerunt peditum.ccclxviii.M.equitum uero.xxvi.M.dc.cætera mul
titudo sociorum fuit. Cōmisso prælio apud Arretium Attilius consul occisus ē.lxxx.M.
Romanorū:nec saltē tāta:quāta eos terrere debuit:cæsa sui parte fugerūt. Nā.iii.M.eo
rū tunc interfecta historici tradūt:quod ideo ignominiosius turpiusq; ē. tā paucis amis
sis tanta agmina diffugisse: quia se in aliis uictoriis nō uiribus animorum præualuisse:
sed bellorum prouentibus prodiderūt. Quis enim rogo in exercitu romanorū crederet
numerū istū fuisse saltē:nō dico fugisse? Post hæc secūdū cū gallis præliū gestū ē:ī quo
plane.xl.M.trucidata sūt gallorū. Sequēti āno Mālius Torqtus & Fuluius Flaccus cō
sules primi trās Padū romanas duxere legiōes. Pugnatū ē ibi cū Insubribus gallis:quo-
rū īterfecta sūt.xxiii.M.qnq;.M.capta. Eo deide āno:q huic ꝓximus fuit:dira miserā
urbē terruere ꝓdigia. Miserā utiq;:quæ huic fremitu hosti :: īde neqcia d̄monū terrebat̄

Gallum virum et Gallam femi nam cum muliere simul gre ca in foro boario vivos defoderunt

exercitus gallorum gessatorum

octocentum milia armatorum pro Romanis consulibus fuisse

Fabius historicus antiquus

Galli Insubres victi

Nanq; i Piceno flumine sanguis effluxit.& apud Tuscos cœlum ardere uisum est: & Arimini nocte multa lucem claram effulsisse: ac tres lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse. Tūc quoq; magno terræmotu Achaia & Rhodus īsulæ adeo concussæ sunt: ut labentibus uulgo tectis īgens ille quoque colossus rueret. Eodem anno Flaminius consul contemptis auspiciis: quibus pugnare prohibebat: aduersum Gallos conflixit: & uicit. In quo bello octo milia Gallorum cæsa. decem & septem milia capta sunt. Post hoc Claudius consul Gessatorum trigīta milia deleuit: ubi etiam ipse Viridomarum regem ī primam aciem progressus occidit: & īter multa Insubriū quos ad deditionem coegerat oppida: Mediolanum quoq; urbem florentissimam cepit: Deinde Istri noui hostes excitati sunt: quos Cornelius Mimitiusq; consules multo quidem Romanorū sāguine subegerūt. Emergit hic paululū ātiquus ille romanorū īprobæ laudis etiā de parricidiis appetitus. Nā Fabius cēsor Fabiū Buteonē filiū suū furti īsimulatū īterfecit: dignū se facinus: q; pater uel parricidio plectendum duceret: quod ne leges qdē: nisi mulcta pecuniæ aut sūmū exilii circa quēlibet hoīum cēsuerūt.

Hannibal imperator Pœnorum inimicitias fecit cum Romanis.

Anno ab urbe condita. dxxxiiii. Hannibal Pœnorum imperator Saguntum florentissimam Hispaniæ ciuitatem: amicam populi Romani: primum bello petitam: deinde obsidione cinctam: & fame excruciatam omniaque fortiter comtemplatione fidei: quam Romanis deuouerant: digna indignaque tolerantē viii. demum mense deleuit. Legatos romanorum ad semissos īiuriosissime etiam a cōspectu suo abstinuit. Exinde odio romani nominis: quod patri Hamilchari: cum eēt .ix. ānos natus: fidelissime alias īfidelissimus ante aras iurauerat: Publio Cornelio scipione & Publio Sempronio Longo cōsulibus Pyreneos mōtes trāsgressus īter ferocissimas Gallorum gētes ferro uiam aperuit. & nouo demum die a Pyreneo ad alpes puenit: ubi dum mōtanos Gallos repelleret ab ascensu: obnitentes bello superat: atque īuias rupes īgni ferroq; rescidit. q̄triduū cōmoratus qnta demū die cū maximo labore ad plana Italiæ puenit. Fuisse tūc exercitū eius cētū miliū peditū. &. xxx. M. eqtum definiūt. Scipio cōsul Hānibali primus occurrit: cōmissoq; prælio apud Ticinū ipse grauiter uulneratus p Scipionē filiū admodū prætextatū q post Aphricanus cognominatus est: ab ipsa morte liberatus euasit. Cæsus est ibi pene oīs romanus exercitus. Pugnatum est deīde eodem cōsule ad flumē Trebiā: iterumq; romani pari clade supati sunt. Sēpronius cōsul cognito collegæ casu a sicilia cū exercitu rediit: q similiter apud eūdē fluuiū cōgressus amisso exercitu pene solus euasit. In eo tamē prælio etiā Hānibal sauciatus ē: q postea cū ī Hetruriā primo uere trāsiret: ī sūmo Apēnino tempestate correptus biduo cōtinuo īmobiliter cū exercitu niuibus conclusus & onustus obriguit: ubi magnus homnium numerus iumenta q̄plurima: elephāti aūt pene oēs frigoris acerbitate perierunt. At uero alter tunc Scipio frater consulis Scipionis in Hispania plurima bella gessit. Magonem quoque Pœnorum ducem bello uicit & cepit.

Multa prodigia uisa sunt in cœlo.

Iris tūc etiā romani ꝓdigiis territi sūt. Nā & solis orbis minui uisus ē. & apud Arpos parmæ ī cælo uisæ. sol quoq; pugnasse cū luna. apud Capenas ītra diē duas lunas ortas. ī Sardinia sāguine duo scuta sudauisse. ī Phaliscis cœlū scin

di:uelut magno hiatu uisũ.apud Antiũ metẽtibus cruẽtas spicas ĩ corbẽ decidisse. Igit' Hãnibal sciens Flaminium cõsulem solum ĩ castris ẽẽ: quo celerius ĩparatum obrueret: primo uere ꝑgressus arripuit ꝓpiorem: sed palustrem uiam & tum forte Sarnus late redũdãs pẽdulos & dissolutos campos reliquerat: de qbus dictum est. & quæ rigat æquora Sarnus: ĩ quos cũ exercitu Hãnibal ꝑgressus nebulis maxime: quæ de palude exhalabãt ꝓspectũ auferẽtibus: magnã partẽ socioꝝ iumẽtorumq; ꝑdidit. Ipse autem uni elephãto q solus supfuerat: superssedens uix difficultatem itineris euasit. sed oculum: quo dudum iam ægrotauerat uiolẽtia frigoris & uigiliaꝝ ac laboris amisit. Vbi uero proximus castris Flaminii cõsulis fuit: uastatione circuniacẽtium locoꝝ Flaminium in bellum excitauit. Hæc pugna ad Thrasumenum lacum facta est: ubi exercitus Romanus ĩfœlicissime arte circũuẽtus Hãnibalis funditus trucidatus ẽ. Ipse quoq; cõsul occisus. xxiii. M. romanoꝝ ĩ eo prælio cæsa: sex. M. capta referunt'. De exercitu uero Hãnibalis. ii. M. ceciderunt. Famosum hoc apud Thrasumenum lacum certamẽ fuit tãta clade Romana maxime: cum ita itẽtus pugnantium ardor extiterit: ut grauissimum terræmotum: q tunc forte tam uehemẽs factus est: ut urbes diruisse: mõtes trãstulisse: discidisse rupes: & flumina retrorsum coegisse referat': pugnãtes omnino nõ sẽserunt. Factã ad Thrasumenum ruinã seqtur pugna Cãnẽsis: q̃uis Fabii Maximi dictatoris tempus medium fuerit: q impetum Hannibalis cunctando tardauit.

Apud Cannas pugnatum est cum Hannibale & uicti sunt Romani.

A Nno ab urbe condita. d. xl. Lucius Aemilius Paulus & Publius Terentius Varro cõsules cõtra Hãnibalem missi impatientia Varronis consulis infœlicissime apud Cãnas Apuliæ uicum omnes Romanæ spei uires pene perierunt. Nã ĩ ea pugna. xliiii. M. Romanoꝝ ĩterfecta sunt: q̃q̃ & de exercitu Hãnibalis magna pars cæsa est. nullo tamẽ Punico bello Romani adeo ad extrema ĩternitionis adducti sunt. Periit enĩ ĩ eo cõsul Aemilius Paulus. cõsulares autẽ & prætorii uiri. xx. interfecti sunt. Senatores uel capti uel occisi sunt. xxx. nobiles uiri. ccc. pedestrium militum. xl. M. equitum. iii. M. d. Varro consul cum. l. equitibus Venusium fugit. Nec dubium est ultimum illum diem Romani status futurũ fuisse: si Hannibal mox post uictoriam ad peruadendam urbem contendisset. Hannibal in testimonium uictoriæ suæ tres modios ãnulorum aureorum Carthaginem misit: quos ex manibus interfectorum equitum Romanoꝝ senatorumq; detraxerat. Vsqueadeo autem ultima desperatio reipublicæ apud residuos Romanos fuit: ut senatores de relinquenda Italia sedibusque quærendis consiliũ ineũdum putarint: Quod auctore Cæcilio Metello cõfirmatum fuisset: nisi Cornelius Scipio tribunus tũc militũ idem qui postea Aphricanus fuit: districto gladio deterruisset. ac potius pro patriæ defensione ĩ sua uerba iurare coegisset. Romani ad spem uitæ: quasi ab inferis respirare ausi dictatorem Decium Iunium crearũt: qui delectu habito ab annis decem & septem immaturæ inordinatæque militiæ quatuor legiones undecũque contraxit. Tunc etiam seruos spectati roboris ac uolũtatis: uel oblatos: uel si ita opus fuit: publico precio emptos sub titulo libertatis sacramẽto militiæ adegit. Arma quæ deerãt tẽplis detraxerũt. egenti ærario priuatæ opes refusæ sũt. Ita equester ordo: ita plæbs trepida: oblita studiorũ ĩ cõmune consuluit. Iunius quoq; dictator antiquũ romanæ miseriæ factum recolens pro sup-

plemento exercitus edicto:uel ut asylo patefacto homines:q̃cunque sceleribus ac debitis obnoxii essent:impunitate permissa militiæ mancipauit: quorum numerus ad sex.M.uiroꝝ fuit.Campania uero uel potius omnis Italia ad Hannibalem desperata penitus romani status reparatiõe defecit.Post hoc Lucius Posthumius prætor aduersum Gallos pugnare iussus cum exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Graccho & Quinto Fabio Maximo consulibus Claudius Marcellus expraetore proconsul designatus Hannibalis exercitum prælio fudit.primusq; post tantas reipublicæ ruinas spem fecit:Hannibalem posse superari.Scipiones autem in Hispania Hasdrubalem Pœnorum imperatorem ad Italiam exercitum comparantem:grauissimo bello oppresserunt.Nam.xxxv.M.militum de exercitu eius uel cæde:uel captione minuerũt Celtiberos milites cum primum externam manum romani ĩ castris habere cœperũt. precio sollicitatos ab hostium societate in castra sua duxerũt.Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano quodam ductus in insidias occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellum aduersum Hannibalem petiit: A quo cum octo.M.militum:quos in aciem eduxerat:cæsus est.Post hũc Gneus Fuluius prætor ab Hannibale uictus amisso exercitu uix euasit.Pudet recordationis.Quid enim dicam improbitatem magis: an miseriam romanorum? immo uerius uel improbam miseriam: uel miseram improbitatem? Quis credat eo tempore:quo ærarium populi romani egenam stipem priuata collatione poscebat.miles in castris:non nisi aut puer:aut seruus.aut sceleratus:aut debitor:& ne sic quidem numerus idoneus erat:senatus in curia omnis pene nouitius uidebatur.Postremo cum ita imminutis fractisque omnibus desperaretur:ut consilium de relinquenda Italia subiretur:eo tempore cum unum domesticum bellum:ut diximus:ferri uix ullo modo posset:tria insuper transmarina bella quis credat fuisse suscepta: unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedoniæ regem:Alterum in Hispania contra Hasdrubalem Hannibalis fratrem Tertium in Sardinia contra Sardos:extra hoc quartum Hãnibalis:quo in Italia premebantur:& tamen fortis in alterutrum desperatio in meliora profecit. Nam in his omnibus desperando pugnarũt.pugnando uicerunt.Ex quo euidenter ostenditur nec tempora tunc fuisse traquilliora ociis:sed homines miseriis fortiores. Anno ab urbe condita.d.xliii.claudius Marcellus syracusas opulentissima urbe siciliæ secũda oppugnatione ui cepit.quã cũ iam pridẽ obsedisset.archimedis syracusani ciuis admirabili ingenio præditi machinis repulsus expugnare non potuit.

Hannibal usq; ad Anienem flumen deuenit tertio lapide ab urbe Roma.

Decimo anno postq̃ Hannibal ĩ Italiam uenerat Gneo Fuluio & Publio Sulpitio consulibus Hannibal de campania mouit exercitum.& cũ ingenti clade omnium per Sidicinũ Sinuessanumq; agrũ uia Latina profectus ad Anienem fluuiũ tribus milibus ab urbe consedit:incredibili totius ciuitatis metu cũ senatu populoq; diuersis curis trepido matronæ quoq; amentes pauore per propugnacula currerent:& conuehere in muros saxa:primæq; pro muris pugnare gestirent. Ipse autem cum expeditis equitibus usque ad portam Collinam infestus accessit. deinde omnes copias in aciem direxit.Sed & consules Fuluius & Publius non detrectauere pugnam At ubi expositæ utrinq; acies constiterunt:in cõspectu Romæ præmium ui

asylum patefactum.

Claudius Marcellus exercitum hanibalis fudit primus q post tantas rei pub. ruinas spē fecit hannibalem posse superari.

Syracusae urbs Romanis dedita.

hãnibal usq ad portã Collinã Rome, cũ expeditis equitibus infestus accessit.

ctoriæ futuræ tãtus subito se imber e nubibus grãdine mixtus effudit ut turbata agmi na uix armis retẽtis i sua se castra colligerẽt. Deide cum serenitate reddita i campum copiæ atq; in aciem rediissẽt: rursum uiolẽtior fusa tempestas maiore metu mortaliũ audaciam coercuit. territosq; exercitus ĩ tentoria refugere coegit. Tũc cõuersus in religionem Hãnibal dixisse fertur: potiundæ sibi Romæ modo uolũtatem nõ dari: modo potestatẽ. Respondeãt nũc mihi obtrectatores ueri dei hoc loco: Hãnibali a capessẽda subruẽdaq; Roma utrum romana restitit fortitudo: an diuina miseratio: an forsitã conseruati isti dedignãtur fateri: qđ Hãnibal & uictor extimuit: & cedẽs probauit. At si istam diuinam tutelam per pluuiam de cœlo uenisse manifestum est: ipsam autem pluuiam opportunis & necessariis temporibus nõ nisi per christum: qui est uerus deus ministrari: etiã ab huiusmodi hominibus satis certo sciri: nec negari posse existimo. maxime nũc: quãdo ad documẽtum potẽtiæ eius cũ siccitate turbãte pluuiam poscere assidue cõtigit: & alternis uicibus nũc gẽtiles: nũc christiani rogant: nec unq̃ etiã ipsis testibus factum est: ut optati imbres superueniãt: nisi i die: quo rogari christum & christianis rogare permittitur: proculdubio cõstat: urbem Romã per hũc eũdem uerum deum: q est christus Iesus ordinãtem secundũ placitũ ineffabilis iudicii sui: & tũc affuturæ fidei credulitatem seruatam fuisse: & nũc pro parte sui icredulam castigatam. At uero i Hispania ambo Scipiones a fratre Hasdrubalis iterfecti sũt. In Campania Capua capta est a Quinto Fuluio proconsule. principes autem Campanorum ueneno mortem sibi consciuerunt: Senatum omnem Capuæ etiã prohibẽte senatu romano Fuluius supplicio necauit. Interfectis in Hispania Scipionibus cũ omnibus incusso pauore cõtãtibus Scipio se admodũ adolescens ultro obtulisset: & pudẽda penuria esset ærarii Claudio Marcello & Valerio Leuino auctoribus: q tũc consules erãt aurũ argẽtumq; signatũ ad quæstores palam omnes senatores i publicũ cõtulerunt: ita ut nihil præter ãnulos singulos: bullasq; sibi ac filiis: & deide filiabus uxoribusq; singulas tãtũ auri uncias: & argẽti nõ amplius q̃ singulas libras relinquerẽt.

Scipio in Hispania imperium proconsulare sortitus est.

Scipio ãnos natus. xxiiii. iperiũ i Hispania pconsulare sortitus: ultionem patris præcipue & patrui aĩo itẽdẽs pireneũ trãsgressus primo ipetu Carthaginẽ nouã cepit: ubi stipẽdia maxima: præsidia ualida: copiæ auri argẽtiq; magnæ Pœnorũ habebãtur: ibi etiã Magonẽ fratrẽ Hãnibalis captũ cũ cæteris Romam misit. Leuinus cõsul ex Macedonia rediẽs Agrigẽtũ urbẽ Siciliæ expugnauit. ibique Hãnonẽ Aphrorũ ducẽ cepit. xl. ciuitates i deditionẽ accepit. xxvi. expugnauit. Hãnibal i Italia Gneũ Fuluiũ pcõsulẽ: præterea tribunos. xi. & . vi. M. militũ iterfecit. Marcellus cõsul cũ Hãnibale triduũ cõtinuũ dimicauit. Primo die pari pugna discessũ ẽ. sequẽti uictus cõsul. tertio die uictor octo. M. hostiũ iterfecit. ipsumq; Hannibalẽ cũ reliqs fugere i castra cõpulit. Fabius cõsul Maximus Tarẽtũ: quæ a romanis desciuerat: iterũ expugnauit: & cæpit. Ibiq; igẽtes copias Hãnibalis cũ ipso duce eius Carthalone deleuit. xxx. M. hominum captiuorum uendidit. precia in fiscum rettulit. Sequẽti ãno i Italia Claudius Marcellus cõsul ab Hãnibale cũ exercitu occisus ẽ. Scipio i Hispania Pœnorum ducem Hasdrubalem uicit: & castris exuit. Præterea. lxxx. ciuitates aut deditione: aut bello in potestatem redegit. Aphris sub corona uẽditis sine pre

cio dimisit Hispanos. Hānibal utrunqꝫ consulē Marcellū & Crispinū isidiis circunuentos iterfecit. Claudio Nerone & marco Liuio salinatore cōsulibus cum Hasdrubal Hānibalis frater ab Hispaniis p Gallias ad Italiam ueniret: iussusque a Carthaginensibus ut fratri cū copiis iūgeret: magna secum auxilia Hispanoꝝ Gallorumqꝫ deduceret: cū maturato aduentu descēdisse iā ex alpibus cōsulibus ꝓditus fuisset: ab exercitu romano ignorāte Hānibale præuentus cū omni exercitu suo iterfectus est. Diu qdem icertus belli euentus fuit: elephātis maxime romanā iſestātibus aciem: q a militibus romanis occisi sūt: quos a uolitādo uelites uocāt: quod genus militiæ paulo ante fuerat reptum: ut lecti agilitate iuuenes cū armis suis post terga eqtum sederent: & mox cū ad hostem uentu n esset: eqs desilirent: & continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus p quos aduecti fuerāt: dimicātibus hostem perturbarent. Ab his ergo uelitibus elephāti retroacti: cum regi iā a suis non possent: fabrili scalpro itra aures adacto necabant: Id genus occidendæ cum opus esset: belluæ idem dux hasdrubal primus inuenerat. Fuit hoc prælio pœnis Metaurus flumē ubi hasdrubal est uictus: quasi Thrasumenus lacus. & Cessana Piceni ciuitas ut uicus ille Cānensis. Nam. lxiii. M. de exercitu hasdrubalis ibi occisa sūt. capta sūt. v. M. cccc. Quatuor. M. ciuiū Romanoꝝ iter eos repta atqꝫ reuocata sūt: qđ uictoribus consulibus solatio fuit. Nam & ab exercitu coꝝ. viii. M ceciderūt. Hānibali caput fatris sui Hasdrubalis ante castra proiectum est: Quo uiso & simul clade Pœnorum cognita: anno. xiii. q̄ i Italiam uenerat: refugit i Brutios. Post hæc anno continuo iter Hānibalem & Romanos qes a tumultu belloꝝ itercessisse uisa est: quia iquietudo morboꝝ i castris erat & grauissima pestilentia utriqꝫ exercitus angebant. Interea Scipio uniuersa Hispania a Pireneo usqꝫ ad oceanum i prouinciam redacta: Romā uenit. Consul cum Lycinio Crasso creatus in Aphricam trāsiit. Hānonem Hamilcharis filiū ducem Pœnoꝝ iterfecit: exercitumqꝫ eius partim cæde partim captiuitate dispdit. Nam. xl. M. Pœnorum eo prælio occidit. Sempronius cōsul cum Hānibale cōgressus & uictus Romam refugit. Scipio i Aphrica aggressus hyberna Pœnoꝝ atqꝫ alia Numidaꝝ: quæ utraqꝫ haud ꝓcul ab Vtica erāt: Nocte concubia fecit icendi. Pœni trepidi cū casu accidisse ignem putarent: iermes ad extiguendum cōcurrerunt. quare facile ab armatis superati sunt uel oppressi. In utrisqꝫ castris xl. M. hominum igni ferroqꝫ. cōsūpta sunt. capta. v. M. duces ipsi miserabiliter ambusti ægre effugerunt. Hasdrubal iperator Carthaginē ꝓfugus uenit. Itaqꝫ Siphax & Hasdrubal mox plurimū reparauere exercitū. atqꝫ iteꝝ cū Scipione congressi sunt. uictiqꝫ fugerūt. Siphacē fugiētē Lælius & Masanissa cepunt. Cætera multitudo Cyrthā cōfugit: quā Masanissa oppugnatā i deditionē recepit. Siphacē ad Scipionē cathenis uictū deduxit: quē Scipio cū igētibus spoliis plurimisqꝫ captiuis Romam perducendum Lælio tradidit. Hannibal reuersus est: ut fessis Carthaginensibus subueniret.

h Annibal i Aphricā redire iussus: ut fessis Carthaginensibus subueniret: flens reliqt Italiam: omnibus Italici generis militibus q seq nollēt interfectis: cui cum ad Aphricanum littus ꝓpiquanti iussus esset quidam de nauticis ascēdere in arborem nauis atque inde speculari: quam regionem teneret: sepulchrum dirutum se ꝓspexisse respōdit. Abominatus dictum Hannibal: deflexo cursu Ad Leptim oppidum: copias exposuit: ubi cōtinuo refecta multitudine Carthaginem uenit: dei-

hasdrubal cū oī exercitu suo a Romanis victus

pugna velitū noua quę inuenta fuit aduersus elephantos.

Vniuersa hispania a Scipioe in prouinciam redacta.

Siphax et hasdrubal pœnoꝝ duces a Scipioe victi et capti Masanissa.

Hanibal Scipionis colloquium petyt

de Scipionis colloquium petiit. Ibi cũ diu se attoniti mutua admiratione duo clarissimi duces suspexissent: īfecto pacis negocio prælīũ cõsertum est: quod diu magnis ducum artibus dispositum: magnis copiaꝝ molibus gestũ: magnis militũ uiribus cõsũmatum Romanis uictoriam cõtulit. Octogita elephanti ibi uel capti uel occisi sunt. Carthaginensium īterfecta sunt. xx. M. d. Hannibal omnia & ante prælium & ī prælio expertus: cum paucis: hoc est uix. iiii. eqtibus inter tumultum elapsus Andrumetũ cõfugit. postea Carthaginẽ post. xxx. & sex annos q̃ īde paruus cum patre exierat: uenit: Consultantiqꝫ senatui nullã esse spem residuã: nisi ī petẽda pace psuasit. Gaio Cornelio Lentulo Publio Aelio Peto cõsulibus Carthaginensibus pax per scipionem uoluntate senatus populique concessa est. Naues tamen plus q̃. d. in altum productæ in conspectu ciuitatis incensæ sunt. scipio iam tunc cognomento Aphricanus triumphans urbem ingressus est: quem Terentius qui postea comicus ex nobilissimis Carthaginensibus captiuis pilleatus: quod indultæ & libertatis insigne fuit: triumphantem post currum secutus est.

Pax Carthaginensibꝫ data

Terentius Comicus

Secundum Punicum bellum finitum est & macedonicũm successit.

Nno ab urbe condita. d. xlvi. bellum Punicum secundum finitum est: quod gestum est annis. xvii. cui Macedonicum continuo successit: quod Quintus Flaminius consul sortitus post multa & grauissima prælia: quibus Macedones uicti sunt: pacẽ Philippo dedit. Deide cum lacedæmoniis pugnauit: uicto Nabide duce ipsorum nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium & Armenem Nabidis filium ante currum duxit Romani captiui: qui sub Hannibale per Græciam captiui uenditi fuerant: uniuersi recepti capitibus rasis ob detersam seruitutem: currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore Insubres Boii atque Cenomãni cõtractis in unum uiribus. Hamilchare Pœnorum duce qui in Italiam remanserat Cremonam Placentiamque uastantes difficillimo bello a lucio Fuluio prætore superati sũt. Postea Flaminius proconsul Philippum regem & cum eo Thracas Macedonas Illyrios multasque præterea gentes quæ ī auxilium eius uenerãt: bello subegit. Victi Macedones castra amiserunt. viii. M. hostium eo die cæsa. v. M. capta Polybius scribit Valerius dicit. xl. M. trucidata. Claudius uero. xxxii. M. interfecta commemorat. sed hæc uarietas scriptorum utique fallacia est. Fallaciæ autem causa profecto adulatio est dum uictoris laudes accumulare uirtutemque primæ extollere uel præsentibus uel posteris student. Alioquin inquisitus non fuisset numerus: nec q̃liscunque fuisset expressus: qꝫ si gloriosum est duci & patriæ plurimos hostium peremisse: quanto magis lætum patriæ est duci beatum potest uideri suorũ uel nullos uel paucissimos perdidisse. Ita lucidissime patet qꝫ simili impudentia mentiendi qua occisorum hostium numerus dicitur sociorum quoque amissorum damna minuuntur: uel etiam omnino reticentur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore bello oppressus cũ omni exercitu Romano īterfectus est. Consul Marcellus in Hetruria a Boiis oppressus magnam partem exercitus perdidit: cui postea Eurius cõsul alter auxilio accessit. atqꝫ ita uniuersã Boioꝝ gẽtẽ igni ferroqꝫ uastãtes ꝑpemodũ usqꝫ ad nihilũ deleuerũt Lucio Valerio Flacco Porcio Marco Catone cõsulibus Antiochus rex Syriæ bellũ cõ

Insubrium bellum

Polibius historicus
Valerius maximus
Claudius

Anthiochi regis Syrie bellũ

tra populū Romanū īstruēs ī Europā trāsiit ex Asia. Tūc etiā Hānibal ꝓpter excitādi belli rumores: q̄ de eo apud Romanos ferebant exhiberi Romæ a senatu iussus clā ex Aphrica ꝓfectus ad Antiochū migrauit: quē cū apud Ephesū iuenisset mox contantem in bellum impulit. Tunc etiam lex quæ ab Oppio tribuno plæbis lata fuerat: ne qua mulier plus q̄ semunciam auri haberet: neue uersicolori uestimēto: nec uehiculo p urbē uteret: post. xx. annos abrogata est. Publio Scipione Aphricano iterū & Tito Sēpronio Lōgo cōsulibus apud Mediolanū. x. M. Gallorū cæsa: sequēti autē prælio. xi. millia Gallorū. Romanorū uero. v. M. occisa sunt. Publius digitius prætor in Hispania citeriore pene omnē amisit exercitū. Marcus Fuluius prætor Celtiberos cum ꝓximis gētibus uicit: regēque eorū cæpit. Minutius a Liguribus ī extremum piculum adductus & īsidiis hostium circumuētus uix Numidarū eqtum idustria liberatus est. Scipio Aphricanus īter cæteros legatus ad Antiochum missus etiā cum Hānibale colloqum familiare habuit. Sed īfecto pacis negocio ab Antiocho discessit. In utraq; Hispania p Flaminium Fuluiumq; prætores bella multum horrida cruentaq; utriusq; populi gesta sunt. Porro Publio Cornelio Scipione & Marco Acilio Glabrione cōsulibus Antiochus q̄uis thermopylas occupasset: quarū munimine tutior propter dubios belli euētus fieret: tamē cōmisso bello a cōsule Glabrione supatus uix cū paucis fugit e prælio. Ephesumq; ꝑuenit. Is habuisse fert armatorū. lx. M. ex quibus . xl. M. cæsa: capta autem plus q̄. v. M. referunt fuisse. Alter cōsul Scipio cum Boiorū gēte cōflixit: ī quo prælio. xx. M. hostium iterfecit. Sequēti anno Scipio Aphricanus habēs ī auxilio Eumenen Attali filium aduersus Hānibalē: q tunc Antiochi classi præerat: bellum nauale gessit. Antiochus uicto Hānibale & in fuga acto: simulq; omni exercitu amisso pacē rogauit. filiūq; Aphricani: quē utrū explorāter: an ī prælio cepisset: incertum est: ultro remisit. In hispania ulteriore Lucius Aemilius proconsul a Lusitanis cum uniuerso exercitu cæsus interiit. Lucius Bebius in Hispaniam proficiscēs a Liguribus circunuentus cum uniuerso exercitu occisus est: unde ne nuncium quidem superfuisse constat. ut internitionem ipsam Romæ Massilienses nunciare curauerint. Consul Fuluius de Græcia in Gallogræciam: quæ nunc est Galatia transuectus ad Olympum montem peruenit: ad quem uniuersi Gallogræci cum coniugibus & liberis confugerant. ibique acerbissimum bellum gessit. Nanque de superioribus locis sagittis & saxis grandibus cæterisque telis Romani grauiter contriti tādem usque ad congressum hostium proruperunt. xl. M. Gallogræcorum eo prælio interfecta referuntur. Martius consul aduersus Ligures profectus: superatusque quatuor millia militum amisit. & nisi uictus refugisset celeriter in castra: eandem internitionis cladem: quam Bebius dudum ab eisdem hostibus acceperat: pertulisset. Marco Claudio Marcello Quinto Fabio Labeone consulibus: Philippus rex qui legatos populi romani interfecerat: propter Demetrii filii sui: quem legatum miserat: uerecūdissimas preces: ueniā meruit: eūdēq; cōtinuo uelut romanis amicū: suiq; ꝓditorē fratre quoq; ipsius ad parricidiū fratris ministro: nihil de utroq; miserū mali suspicātē: ueneno necauit. Eodē āno Scipio Aphricanus ab īgrata sibi urbe diu exulās apud Literniū oppidū morbo ꝑiit. Iisdē etiā diebus Hānibal apud Prusiā Bithyniæ regē cū a romanis reposceretur: ueneno sese necauit. Philopomenes dux Achiuorū a Mesani-

Decem milia gallorum apud Mediolanum cesa.

Scipio Aphricanus cū hanibale colloquium habuit.

Galatia prius Gallogrecia dicta.

Scipionis Affricani obitus Hanibal sese veneno necauit.

Vulcani insula: q ante non fuerat: repente mari edita cu miraculo omnium usq ad nuc manet.

is captus occisus est i Sicilia. Tūc Vulcani īsula: quæ ante nō fuerat: repēte mari edita cū miraculo omniū usq; ad nūc manet. Quintus Fuluius Flaccus prætor ī citeriore Hispania maximo prælio. xxiii. M. hominū: fudit. quatuor millia cæpit Tiberius Sempronius Gracchus ī Hispania ulteriore. c. l. oppida uacuata quassataq; bellis ad deditionē coegit. Eadē tēpestate & Lucius Posthumius ī citeriore Hispania. xl. M. hostiū bello ītei fecit. Gracchus prætor ibidē iteꝝ. cc. oppida expugnauit & cæpit. Lepido & Mutio cōsulibus. Basternaꝝ gēs ferocissima auctore Persa Philippi filio: præda rū spe sollicitato: & trāseūdi Istri fluminis facultate: sine ulla pugna uel aliquo hoste deleta est. Nā tunc forte Danubius: q & Ister crassa glacie supstratus pedestrē facile trāsitū patiebat. Itaq; cū iprouide toto & maximo simul agmine iæstimabilis hominum: uel equoꝝ multitudo trāsiret: enormitate pōderis & cōcussione gradiētium cōcrepās gelu & glatialis crusta dissiluit uniuersumq; agmē: qđ diu sustinuerat mediis gurgitibus uicta tādē & cōminuta destituit. atq; eadē rursus fragmētis īpediētibus supducta submersit. Pauci ex oī populo p utrāq; ripā uix ɔcisis euasere uisceribus. Publio Lycinio Crasso & Gaio Cassio lōgino cōsulibus Macedonicum bellum gestum est: merito iter maxima bella referēdum. Nā i auxilio Romanoꝝ tota primum Italia: Deide Ptolemæus rex Aegypti & Ariarates Cappadociæ. Eumenes Asiæ: & Masanissa Numidiæ fuerunt. Persen & Macedonas secuti sunt Thraces cum rege Cothe. & uniuersi cum rege Genitio Illyrii. Itaq; aduenieti Crasso cōsuli Perses occurrit. cōmissoq; prælio miserabiliter uicti fugere Romani. Sequēti pugna pene pari clade partis utriusq; i Hyberna discessum est. Deide Perses profligato multis præliis exercitu Romano in Illyriū trāsgressus Sulcanū oppidum defensum præsidiis Romanis pugnādo cæpit: ubi magnā Romanoꝝ præsidioꝝ multitudinē partim occidit: partim sub corona uēdidit: partim secū i Macedoniā duxit. Postea cum eo Lucius Aemilius Paulus cōsul dimicauit: & uicit. Nā. xx. M. peditum i eo prælio iterfecit. Rex cum eqtatu subterfugit: sed cōtinuo captus atq; i triumpho cum filiis ante curꝝ actus post apud Albā i custodia defecit. Filius eius iunior fabricā ærariā ob tolerādā iopiā Romæ didicit: ibiq; cōsumptus est. Plurima præterea & satis diuersis ꝓuentibus bella multaꝝ ubiq; gentium gesta sunt: quæ breuitatis causa prætermisi.

Danubius q et Ister crassa glacie supstratus pedestre facile trāsitū patiebat.

Perses rex Macedonū.

Lucius Aemilius Paulus consul victor Persis regis.

Bella in Hispania gesta.

Anno ab urbe cōdita. dc. Lucio Lycinio Lucullo & Aulo Posthumio Albino cōsulibus: cum oēs Romanos igēs Celtiberoꝝ metus iuasisset: & ex oibus nō esset: q ire i Hispaniā uel miles uel legatus auderet: Publius Scipio q postea Aphricanus est dictus: ultro sese militaturꝝ i Hispaniā obtulit: cū tamē i Macedoniā sorte iā deputatus eēt. Itaq; ꝓfectus i Hispaniā magnas strages gētium dedit. sæpius etiā tā militis q̄ ducis usus officio. Nā & barbaꝝ ꝓuocātē singulariter cōgressus occidit. Sergius autē Galba prætor a Lusitanis magno prælio uictus est: uniuersoq; exercitu amisso ipse cum paucis uix elapsus euasit. Eodē tēpore cēsores theatꝝ lapideum i urbe cōstrui censuerunt: qđ ne tunc fieret: Scipio Nasica grauissima oratione obstitit: dicens inimicissimum hoc fore bellatori populo: ad nutriendam desidiam lasciuiamque cōmentum. Adeoque mouit senatum: ut non solum uēdi omnia theatro cōparata iusserit: sed etiā subselia ludis poni ꝓhibuerit. Quāobrem intelligāt nostri qui

theatrū lapideū.

Scipio Nasica.

bus q̃cq̃d extra oblectamentum libidinis occurrit:offensio est:ꝑpter hoc q̃ se ĩfirmiores esse hostibus suis ipsi sentiũt.& fateant̃ theatra accusanda nõ tempora .nec blasphemandũ deũ uerũ solũ:q usq; nũc ea ꝓhibet:sed abominandos deos:uel dæmones suos q ista petiuerũt:profundo siqdẽ satis malignitatis suæ argumento:tale sacrificiũ flagitãtes: quo nõ magis fuso cruore pecudũ:q ꝓfligata uirtute hominũ pascerentur Nã utiq; tũc nec hostes:nec fames:nec morbi:nec prodigia deerant:imo tũc plurima erãt:sed theatra nõ erãt:ĩ qbus qd ĩcredibile dictu est:ad aram luxuriæ uirtutũ uictimæ trucidant̃.Carthaginensibus aliquando uisum est hominesĩmolare.sed male præsumpta persuasio breui prætermissa est.A Romanis uero exactum est:ut semetipsos perditioni ĩpẽderẽt.Factũ esse sic fatent̃:& clamant:ut fiat:q ꝓ mactãda gregis sui pecude fortasse offenderent̃:& ꝓ ĩterficiẽda cordis sui uirtute lætant̃.Quin potius Nasicæ erubescãt:q christianis exprobãdũ putant.& nõ nobis de hostibus quos semper habuerũt.sed illi de theatro:qd haberi ꝓhibuerat:conquerant̃.Igit̃ ĩ Hispania Sergius Galba prætor Lusitanos citra Tagũ flumẽ habitãtes cũ uolũtarios ĩ deditionẽ recepisset:p scelus interfecit.Simulans enim de commodis eorũ se actuꝝ fore:a circũpositis militibus cũctos inermes incautosq; prostrauit:quæ res postea uniuersæ Hispaniæ propter Romanoꝝ perfidiam causa maximi tumultus fuit.

Lusitanos om̃s trucidatos.

Iteꝝ bellũ terribile ortũ est in Hispania.

A Nno ab urbe cõdita.dc.ii.Lucio Censorino & Marco Manlio cõsulibus tertiũ Punicũ bellũ exortũ est. Igit̃ cũ senatus delendã Carthaginẽ censuisset profecti ĩ Aphricã cõsules & Scipio tunc tribunusmilitũ ꝓpe Vticã maioris Aphricani castra tenuerunt.Ibi Carthaginensibus euocatis iussisq; ut arma & naues traderẽt nec moratis tãta uis armoꝝ repẽte tradita est:ut facile tota ex his Aphrica potuisset armari.Sed Carthaginẽses postq̃ arma tradiderũt & relicta urbe recedere ꝓcul a mari.x.M.passuũ iussi sunt:dolorẽ ad desperationẽ cõtulerũt:aut defensuri ciuitatẽ:aut cũ ipsa p ipsam sepeliẽdi:ducesq; sibi duos creauerũt Hadrubales:armaq; primum facere aggressi æris ferriq; ĩopiam auri & argẽti metallis suppleuerũt: cõsules oppugnare Carthaginẽ statuũt:cuius situs huiusmodi fuisse dicit̃. Vigintiduo millia passuũ muro amplexa tota mari pene cingebat̃ absq; faucibus:quæ.iii.M.passuũ aperiebant̃.Is locus muꝝ.xxx.pedes latũ habuit saxo quadrato ĩ altitudine cubitoꝝ.xl.Arx:cui Byrsæ nomẽ erat : paulo amplius q̃.ii.M.passuum tenebat. Ex una parte murus cõmunis erat urbis & Byrsæ:ĩminẽs mari:quod mare stagnũ uocabant: quoniã obiectu protentæ linguæ trãqllat̃.Cõsulesigit̃ q̃uis aliquãtam muri partem quassatam machinis diruissent:tamen a Carthaginensibus uicti ac repulsi sunt:quos fugientes Scipio repulso intra muros hoste defendit.Censorinus in urbem rediit.Mãlius omissa Carthagine ad Hasdrubalem arma conuertit:Scipio masanissa mortuo inter masanissæ filios tres Numidiæ regnum diuisit: quocirca Carthaginem reuerso Manlius Tezagam urbem expugnauit atque diripuit.Duodecim.M.ibi Aphrorum cæsa.sex.M.capta sunt.Hasdrubal Pœnorum imperator Masanissæ nepos subseliorum fragmentis in curia a suis propter suspitionem proditionis occisus est. Iuuẽcius prætor in Macedonia aduersus Pseudo philippum congressus cum maxima clade totius romani exercitus interfectus est.

tertiũ punicũ bellum

hasdrubales duos duces poenoꝝ

Chartaginis situs

Scipio Masanissa mortuo inter tres filios eius regnũ numidie diuisit.

Tertium bellum punicum actum est.

Nno ab urbe cõdita.dc.vi.idest anno.l.post bellũ punicũ secũdũ Cneo Cornelio & Lentulo Lucio Mũmio consulibus Publius Scipio superioris anni cõsul delere Carthaginẽ suprema sorte molitus Cothonẽ igreditᷣ:ubi dũ sex ꝯtinuis diebus ac noctibus pugnatᷣ:ultima Carthaginẽses dĩspatio traxit ad deditionẽ petẽtes:ut quos belli clades reliquos fecit:saltẽ seruire liceat.Primũ agmẽ mulierꝝ satis miserabile: post uiroꝝ magis deforme descẽdit.Nã fuisse mulierꝝ.xxv. M.uirorum xxx.M.memoriæ traditũ ẽ.Rex Hasdrubal se ultro dedit.Trãsfugæ:q Aesculapii tẽplũ occupauerãt uolũtario præcipitio dati igne cõsumpti sunt. Vxor Hasdrubalis se duosq̧ filios secũ uirili dolore & furore fœmineo i mediũ iecit icẽdiũ:eũdẽ nũc mortis exitũ faciens nouissima regina Carthaginis:quẽ quondã prima fecisset.Ipsa aũt ciuitas decẽ & septẽ diebus cõtinuis arsit:miserũq̧ spectaculum de uarietate conditionis humanæ uictoribus suis præbuit.Dirura est autẽ Carthago omni mirabili lapide in puluerẽ cõminuto.dcc.post anno quo cõdita erat.Multitudo omnis captiuoꝝ exceptis paucis pricipibus uenundata est.Ita.iiii.postq̃ cœptum fuit anno:bellum Punicum tertium terminatum est.Sed mihi quãlibet studiose quærenti:ueruntamen homini tardioris igenii nusquã omnino causa belli Punici tertii:quã itantum Carthago accenderit:ut iuste euerti decerneretur:eluxit.Illudque me uel maxime mouet: ꝙ si ita:ut in superioribus bellis euidens in assurgentem causa & dolor accendebat: consultatione non opus erat.At uero cum alii Romanorum propter perpetuam Romæ securitatem delendam esse decernerent.alii uero propter perpetuam Romanæ uirtutis curam:quam sibi semper ex suspitione æmulæ urbis impenderent:ne uigor romanus bellis semper exercitus i languidam segniciem securitate atq̧ ocio solueretur incolumen Carthaginem statui suo permittendam esse censerent:causam non ex iniuria lacessentium Carthaginensium:sed ex inconstantia torpescentium Romanoꝝ ortam inuenio. Quod cum ita sit:cur christianis temporibus imputant hebetationem ac rubiginem suam:qua foris crassi:intus exesi sunt:qui porro ante.dc. fere annos:sicut sui timentes prudentesque prædixerant cotem illam magnam splendoris & acuminis sui Carthaginem perdiderunt.Itaque finem uolumini faciam:ne forsitan collidendo uehementius:discussa ad tempus rubigine:ubi necessarium acumen elicere non possum superuacuam asperitatem inueniam:q̃q̃ obuiantem asperitatem nequaquam expauescerem:si interioris spem acuminis inuenirem.

Pauli Orosii in quintum historiarum librum præfatio.

Cio aliquantos post hæc deinceps permoueri posse quod uictoriæ Romanæ multarum gentium & ciuitatum strage crebrescunt q̃q̃ si diligenter appendant:plus damni inuenient accidisse:q̃ commodi. Neque enim paruipendenda sunt tot bella seruilia: socialia:ciuilia fugitiuorum: nullorum utique fructuum & magnarum tamen miseriarum. Sed conniueo:ut quemadmodum uolunt:ita fuisse uideatur:unde arbitror esse dicturos. Ecquid his temporibus beatius: quibus continui triumphi: cælebres uictoriæ: diuites prædæ:nobiles pompæ: magni ante currus reges;longo ordine uictæ gentes agebantur? Quibus bre-

Carthago decem et septem diebus continuis arsit.

uiter respondebitur:& ipsos de temporibus solere causari:& nos pro eisdē tēporibus īstituisse sermonē:quæ tēpora nō uni tātū urbi attributa:sed orbi uniuerso cōstat esse cōmunia.Ecce q̄ fœliciter Roma uicit:tā ifœliciter qcqd extra Romā est uicit.Q uā ti igit pēdēda est gutta hæc laboriosæ fœlicitatis:cui ascribit unius urbis beatitudo in tāta mole ifœlicitatis:p quā agit totius orbis euersio: Aut si ideo fœlicia putātur: qa unius ciuitatis opes auctæ sunt:cur nō potius ifœlicissima iudicētur qbus miserabili uastatōe multaꝝ ac bene īstitutaꝝ gētiū potētissima regna ceciderūt: An forte aliud tunc Carthagini uidebat:cum post annos.c.xx.qbus modo belloꝝ clades:modo pacis cōditōes perhorrescens nunc rebelli itētōe:nunc suppliciter bellis pacē:nunc pace mutabat bella: Nouissimeq; miseris ciuibus passim se i ignē ultima desperatōe iaciētibus:unus rogus tota ciuitas fuit:cui etiā nunc situ paruæ:mœnibus destitutæ pars miseriaꝝ est audire:qd fuerit.Edat Hispania sententiā suam:cum per annos.cc.ubiq; agros suos sanguine suo rigabat:iportunumq; hostē ultro hostiatim iquietātē nec repellere poterat nec sustinere:cum se quiq; diuersis urbibus ac locis fracti cæde belloꝝ obsidionum fame exinaniti:iterfectis cōiugibus:ac liberis suis ob remedia miseriaꝝ cōcursu misero ac mutua cæde iugulabāt.Q uid tūc de suis tēporibus sentiebat:ipsa postremo dicat Italia:cur p annos.cccc.Romanis utiq; suis cōtradixit.obstitit.repugnauit:si eoꝝ fœlicitas:sua ifœlicitas nō erat.Romanosq; fieri reꝝ dominos bonis cōmunibus nō obstabat.Nō reqro de inumeris diuersaꝝ gētiū populis diu antea liberis tūc bello uictis:patria abductis:precio uēditis:seruitute dispsis:qd tūc sibi maluerint:qd de Romanis opinati sint:qd de tēporibus iudicarint.Omitto de regibus magnaꝝ opū:magnaꝝ uiriū:magnæ gloriæ diu potētissimis:aliquando captis:seruiliter catenatis:sub iugū missis:ante currū actis:i carcere trucidatis:quoꝝ tā stultū est exquirere sentētiā:q̄ duꝝ nō dolere miseriā.Nos:nos iquā ipsos uitæq; nostræ electionem: cui acqemus cōsolamur.Maiores nostri bella gesserūt.bellis fatigati pacē petētes tributa obtulerūt.Tributum precium pacis est.Nos tributa pendimus:ne bella patiamur.ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt.nos consistimus:& manemus.Igitur nostra tempora uiderimus: utrum fœlicia.certe fœliciora illis ducimus.q̄:quod illi ultimo delegerunt :nos continue possidemus.Inquietudo enim bellorum:qua illi attriti sunt:uobis ignota est:in ocio autem:quod illi post imperium Cæsaris natiuitatemque christi tenuiter gustauerunt:nos nascimur.& senescimus.quod illis erat debita pensio seruitutis:nobis est libera collatio defensionis. Tantumque interest inter præterita præsentiaque tempora:ut quod Roma i usum luxuriæ suæ ferro extorquebat a nostris:nunc i usum cōmunis reipublicæ cōferat ipsa nobiscum.Aut si ab aliquo dicit:tolerabiliores parētibus nostris romanos hostes fuisse:q̄ nobis Gothos esse :audiat & intelligat quanto aliter: q̄ circa seipsum agitur : sibi esse uideatur. Olim cum bella toto orbe feruebant:quæque prouincia suis regibus:suis legibus:suisque moribus utebatur: nec erat societas affectionum:ubi dissidebat diuersitas potestatum.Postremo solutas & barbaras gentes quis tādem ad societatem adduceret:quas diuersis sacrorum ritibus īstitutas etiam religio separabat: Si quis igitur tunc acerbitate maloꝝ uictus patriā cum hoste deseruit:quem tandem ignotum locum ignotus adiit: Q ua gentē gene-

Vnus rogus tota chartago fuit.

ralíter hostẽ hostis orauit? Cui se cõgressu primo credidit: nõ societate nominis iuitatus: nõ cõmunione iuris adductus: nõ religionis unitate securus? An paꝝ exẽpli dederũt Busiris i Aegypto peregrinoꝝ ifœliciter icurrẽtiũ ipiissimus imolator? Crudelissimaq̧ circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura: sed magis crudelia sacra Thraciæ cũ Polynestore suo usq̧ ad ꝓpinquos hospites scelerata. & ne antiqtatibus uidear imorari: testis est Roma de Pompeio iterfecto. testis est Aegyptus de iterfecto Ptolemæo. Mihi aũt prima qualescũq̧ motus perturbatõe fugiẽti: de cõfugiendi statione securo ubiq̧ pña ubiq̧ lex & religio mea ẽ. nũc me Aphrica tã libẽter excepit: q̃ ɔfidẽter accessi. Nũc me iquã ista Aphrica pace simplici excepit sinu proprio iure cõmuni. de qua aliquando dictũ: & uere dictũ est. hospitio prohibemur harenæ: bella cient. primaq̧ uetant consistere terra. Nunc ultro ad suscipiendos socios religionis & pacis suæ beniuolum late gremium pandit: atq̧ ultro fessos: quos foueat: inuitat.

Per fidem christianam ubiq̧ securum esse peregrinum.

Latitudo oriẽtis: septẽtrionis copiositas: meridiana diffusio magnaꝝ isularũ largissimæ tutissimæq̧ sedes mei iuris & nominis sunt: quia ad christianos & Romanos Romanus & christianus accedo. Nõ timeo deos hospitis mei nõ timeo religionẽ eius nece mea. nõ habeo talẽ quẽ pertimescã locũ: ubi & possessori liceat perpetrare quod uelit: & peregrino nõ liceat adhibere: quod conuenit ubi sit ius hospitis: quod meũ nõ sit. Vnus deus: qui tẽporibus: quibus ipse inotescere uoluit hanc regni statuit unitatẽ: ab omnibus & diligitur & timetur. Eædẽ leges quæ uni deo subiectæ sunt: ubiq̧ dominãtur. ubicũq̧ ignotus accessero: repẽtinã uim: tanq̃ destitutus non pertimesco. Inter Romanos ut dixi: Romanus. iter christianos christianus: iter homines homo legibus iploro rẽpublicã: religione cõsciẽtiã: cõmunione naturã. utor tẽporarie omni terra quasi patria: quia: quæ uera est. & illa quã amo: patria i terra penitus non est. Nihil perdidi: ubi nihil amaui: totũq̧ habeo: quod do: Quẽ diligo: mecũ est. maxime: quia & apud omnes idẽ est: q me nõ modo notũ oĩbus: ueꝝ & ꝓximũ facit: nec egentẽ deserit: qa ipsius est terra & plenitudo eius: ex qua oĩbus oĩa iussit esse cõmunia. Hæc sunt nostroꝝ tẽpoꝝ bona: quæ i totũ uel i trãqllitate præsentiũ: uel i spe futuroꝝ uel i præfugio cõmuni nõ habuere maiores. ac p hoc icessabilia bella gesserũt: qa mutãdaꝝ sediũ cõmunione nõ libera psistẽdo i sedibus suis aut ifœliciter necati sunt: aut turpiter seruierunt. Quod clarius promptiusq̧ ipsis ueteꝝ gestis p ordinẽ explicatis aperiet. Anno ab urbe cõdita sexcẽtesimo sexto: hoc est eodẽ anno: quo & Carthago deleta est: Gneo Cornelio Lẽtulo & Lucio Mũmio consulibus ruinam Carthaginis euersio Corithi subsecuta est: quarum potẽtissimarum urbium paruo unius tẽporis iteruallo p diuersas mũdi partes miserabile colluxit icendiũ. Nã cũ Metellus prætor Acheos Boetiosq̧ duobus bellis hoc est primo apud thermopylas: iteꝝ i Phoceis deuicisset quoꝝ priore bello occisa esse. xx. M. secũdo. vii. M. cæsa Claudius historicus refert. Valerius Antias i Achaia pugnatũ esse. &. xx. M. Acheoꝝ cũ duce suo Dieuo cecidisse confirmat. Polybius uero Achiuus q̃uis tũc i Aphrica cũ Scipione fuerit: tamẽ qa domesticã cladẽ ignorare nõ potuit: semel i Achaia pugnatũ Critolao duce asserit. Dieuũ uero adducẽtẽ ex Arcadia milites ab eodem Metello prætore oppressum cũ exercitu docet. Sed de uarietate discordantium historicorũ

Aphricanus fuit Orosius.

Corinthi euersio Carthaginis ruinam subsecuta ẽ.

Claudius historicus.

Valerius

Polybius.

aliquāta iā diximus:quo℞ sufficiat detecta hæc & male nota mēdacio℞ nota. quare pa℞ credēdū esse i cæteris euidēter ostēdūt:q i his quoq; quæ ipsi uiderūt:diuersi sunt Igit' post extīcta totius Achaiæ præsidia:destitutaq; urbiū euersionē metello prætore meditāte cōsul Mūmius repētinus cū paucis uenit i castra:q dimisso statim metello Corīthū sine mora expugnauit:urbē toto tūc orbe lōge omniū opulētissimā:qppe quæ uelut officina oīum artificū atq; artificio℞ & emporiū cōmune Asiæ atq; Europæ:p multa retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiā captiuis prædādi licētia:sic oīa cædibus ignibusq; cōpleta sunt:ut de muro℞ ambitu quasi e camino i unū apicē coartatū exūdaret icēdiū. Itaq; plurima parte populi ferro flāmisq; cōsumpta reliqua sub corona uēdita est. Vrbe icēsa muri funditus diruti sunt. Muralis lapis i puluerē redactus. præda igēs erepta est. Sane cū ,ppter multitudinē & uarietatē statuarū simulacrorūq; i illo ciuitatis icēdio pmixta i unū auri argenti atq; æris oīa simul metalla fluxissent:nouū genus metalli factū est. Vnde usq; i hodiernū diē siue ex ipso siue ex imitatōe eius æs Corīthiū:sicut memoriæ traditū est:& Corinthia uasa dicūtur. æs Corinthium

Iterū bella grauia surrexisse i Hispania.

Isdē cōsulibus Viriatus in Hispania genere Lusitanus:homo pastoralis & latro primū ifestādo uias:deide uastādo ,puīcias:postremo exercitus prætorū & cōsulū Romanorū uīcēdo fugādo:subiiciendo maximo terrori Romanis oībus fuit. Siqdē Iberū & Tagū maxima & diuersorū loco℞ flumina late trāsgrediēti & puagāti Gaius Vecilius prætor occurrit:cōtinuo cæso usq; ad internitionem pene omni exercitu suo uix ipse prætor cū paucis fuga lapsus euasit. Deide Gaiū Plautium prætorē idē Viriatus præliis multis fractū fugauit. Post etiā Claudius Vnimānus cū magno apparatu belli instructi contra uiriatum missus quasi pro abolenda superiore macula:turpiorem auxit:ipse infamiam. Nam congressus cum Viriato uniuersas quas secum deduxerat:copias:maximasq; uires Romani exercitus amisit. Viriatus trabeas fasces:cæteraq; isignia Romana i mōtibus suis trophea præfixit. Eodē tēpore ccc. Lusitani cum. M. Romanis in quodam saltu contraxere pugnam:in qua. lxx. Lusitanos:Romanos autem. ccc. xx. cecidisse Claudius refert. Et cum uictores Lusitani sparsi ac securi abirent:unus ex his longe a cæteris segregatus cum circunfusis equitibus pedes ipse deprehensus unius eorum equo lācea perfosso ipsius equitis ad unū gladii ictum caput desecuisset:ita omnes metu perculit:ut prospectantibus cunctis ipse contemptim atq; ociosus abscederet. Appio Claudio Quinto:Cæcilioque Metello consulibus Appius Claudius aduersus Salascos Gallos congressus & uictus. x. M. militū perdidit. Reparata pugna. v. M. hostium occidit sed cum iuxta legē qua constitutum erat ut quisquis quinque millia hostiū peremisset: triumphandi haberet potestatem. iste quoq; cum triumphum expectasset:propter damna uero superiora non impetrauisset:infami impudentia atq; ambitione usus priuatim:cum tribus triumphauit Lucio Cæcilio Metello & Fanio Maximo Seruiliano consulibus inter cætera prodigia Androgynus Romæ uisus iussu haruspicum in mare mersus est. sed nihil impie expiationis procuratio profecit. Nam tanta subito pestilentia exorta est:ut ministri quoq; faciendorum funerum primum non sufficerent:deinde nō essent. itaque magnæ domus uacuæ uiuis:plene mortuis remanserunt. largissimæ in

Lusitanorum gloria et virtus

Androgynus Rome visus

trorsum hæreditates.& nulli penitus hæredes.Deide iã nõ solũ ĩ urbe uiuẽdi:sed etiam appropiquãdi ad urbẽ negabat̃ facultas.Tã sæui p totã urbẽ tabescẽtiũ sub tectis:atq; in stratis suis cadauerũ putores exalabant̃.Expiatio illa crudelis & uiã mortibus hominum morte hoĩs ĩstruẽs:tãdẽ Romanis iter miserias erubescẽtibus:q̃ misera & uana esset ĩnotuit.Ante enim ĩ suffragium præueniẽdæ cladis est habita:& sic pestilẽtia subsecuta est:quæ tamẽ sine ullis sacrificiorum satisfactionibus tãtũmodo secũdũ mẽsurã arcani iudicii expleta correptõe sedata est:quã si artifices illi circũuẽtionũ aruspices sub ipsa:ut assolẽt:declinatõe morborum forte cælebrassent:pculdubio subsidiis & ritibus suis reductæ sanitatis gloriã uẽdicassent.Ita misera & ad sacrilegia male religiosa ciuitas mẽdaciis:qbus liberari nõ poterat:eludebat̃.Igit̃ Fabius cõsul contra Lusitanos & Viriatũ dimicãs Bacciã oppidũ:qđ uiriatus obsidebat:depulsis hostibus liberauit:& ĩ deditionẽ cũ plurimis aliis castellũ recæpit.Fecit facinus etiã ultimis barbaris Scythiæ:nõ dicã Romanæ fidei & moderatõi execrabile.Q uigẽtis enim principibus eorum quos societate inuitatos deditionis iure susceperat:manus præcidit.Põpeius sequemtis anni consul fines Numantinorum ingressus:accepta maxima clade discessit:nõ solũ exercitu pene omni pfligato:uerum etiã plurimis nobiliũ q eius militiæ aderãt:itereptis.Viriatus aũt cũ p.xiiii.annos Romanos duces atq; exercitus ptriuisset:ĩsidiis suorum iterfectus est:ĩ hoc solo romanis circa eũ fortiter agentibus:q; percussores eius idignos præmio iudicarunt.At ego nõ modo nunc:uerum etiã sæpe itertexere oriẽtis illa iextricabilia bella poterã:quæ raro unq̃ nisi sceleribus aut icipiunt:aut terminant̃.sed romanorum:cũ qbus nobis actio est tãta sunt ut iure fastidiant̃ aliena.Mithridates tunc siqdẽ rex Parthorum sextus ab Arsace:uicto Demetrio præfecto Babyloniã urbẽ:finesq; eius uniuersos uictor iuasit.Oẽs præterea gẽtes:quæ iter Hidaspem fluuium & Indum iacẽt:subegit.Ad Indiã quoq; cruẽtum extẽdẽs iperium Demetriũ ipsum sibi secundo bello occurrẽtẽ & uicit:& cæpit.quo capto Diodotus q̃dam cum Alexãdro filio regnum eius & regium nomẽ usurpauit:q postea ipsum Alexãdrum filium:quẽ participẽ piculi ĩ puadẽdo regno habuerat:ne ĩ obtinẽdo cõsortẽ haberet occidit.Marco Aemilio Lepido & Gaio Hostilio Mãcino cõsulibus pdigia apparuere diuersa.& quantum in ipsis fuit ex more curata sunt.sed non semper aucupatoribus euẽtuũ & structoribus fallaciarum haruspicibus opportuni casus suffragant̃.Nãq; Mãcinus cõsul postq̃ a Popilio apud Numãtiã suscepit exercitum:adeo prælia infœliciter cuncta gessit.atq; in id suprema desperatõe pductus est.ut turpissimum fœdus cũ Numãtinis iisdẽ facere cogeret̃:q̃uis & Põpeius iã aliud æque in famæ fœdus cum iisdẽ Numãtinis paulo ante pepigisset.Senatus dissoluit fœdus.& Mancinum tradi præcepit Numãtinis:q nudato corpore:manibus post tergum reuictis ante portas Numãtinorum est expositus.Ibiq; usq; ĩ noctẽ manẽs:a suis desertus:ab hostibus autem nõ susceptus lachrymabile utrisq; spectaculum præbuit.

Q uod falsa numina sibi usurparunt Romani.

A Xclamare hoc loco dolor exigit:cur falso uobis Romani magna illa numina iusticiæ ac fidei fortitudinis & misericordiæ uẽdicatis? A Numãtinis hæc uerius discite.Fortitudine opus fuit.pugnãdo uicerunt.Fides exigebat̃:credẽtes aliis secundum se:q uos occidere potuerãt:pacto fœdere dimiserunt.Iusticia pbã

Pompeius.

Mithridates.

Mancinus consul.

da erat. ꝓbauit eã uel tacitus senatus:cũ iidẽ Numãtini ꝑ legatos suos aut inuiolatam pacẽ solã:aut oẽs quos pignore pacis accepto uiuos dimiserãt:reposcebãt. Misericordia examinãda uidebat᷑.satis documẽti dederũt uel emittẽdo ad uitã inimicũ exercitũ:uel ad pœnã nõ recipiẽdo Mãcinũ. Mãcinus ne rogo dedẽdus fuit:q uicti exercitus ĩpẽdẽtem trucidationẽ prætẽtu boni pacti fœderis dispulit? Qui periclitãtes patriæ uires ĩ meliora tẽpora reseruauit? At si displicuit fœdus quod pactum est cur miles hoc pignore redẽptus:aut cum reuerteret᷑ receptus est: aut cum repeteret᷑ redditus nõ est? At si placuit seruati militis qualiscunqꝫ ꝓuisio:cur Mãcinus q hoc pepigit solus deditus fuit? Nuꝑ Varro:ut ꝑpropera pugna iniret᷑ :collegã Paulum obluctãtem ĩpulit. trepidãtẽ præcipitauit exercitum:ĩfœlices copias apud ĩfames illas Romanis cladibus Cãnas nõ disposuit certamini.sed opposuit morti plus q̃.xl.M.ibi militũ romanoꝝ sola ĩpatiẽtia sua:de qua sibi uictoriã iam dudum Hannibal præsumebat: amisit.Collega etiã Paulo quo tãdẽ uiro perdito nouissime ĩ urbem pene solus ĩpudentissime redire ausus meruit ĩpudentiæ suæ præmium.Nam gratiæ ei:q᷑ de republica nõ desperasset:quã tamen ipse fecerat desperatam:publicæ in senatu actæ sunt. Porro autem Mãcinus q sorte bellica circunuentum exercitum ne ꝑderet:laborauit ab eodẽ senatu deditõe dãnatus est.Scio Romanis & illud ĩ Varrone displicuisse.sed tẽpori cõcessũ est.& hoc ĩ Mãcino placuit:sed secũdũ tẽpus præsumptũ est:atqꝫ ideo ab initio ꝑfecistis:ut nec ciuis cõsulat cõueniẽter ĩgratis.nec hostis fideliter credat ĩfidis.Interea Brutus ĩ iteriore Hispania.lx.M.Gallogræcoꝝ:q Lusitanis auxilio uenerãt:asprimo bello & difficili:quãuis ĩcautos circũuenisset:oppressit: quoꝝ ĩ eo prælio .L.M.occisa.sex.M.capta referunt᷑ pauci fuga euaserũt.In citeriore Hispania Lepidus ꝓcõsul Vacceos inoxiã gentem & supplicem & senatu ꝓhibente ꝑtinaciter expugnare tẽtauit. Sed mox accepta clade grauissima improbæ ꝑtinaciæ pœnas luit. sex M.q̃ppe Romanoꝝ ĩ hoc iniusto bello iustissime cæsa sunt reliq exuti castris:armis etiam ꝑditis euaserũt.Nec minus turpis hæc sub Metello clades:q̃ sub Mãcino fuit: quare nũc sibi hæc tẽpora loco fœlicitatis ascribãt nõ dico Hispãi tot pulsati fatigatiqꝫ bellis.sed ipsi Romani tã cõtinuis subacti cladibus totiẽsqꝫ superati ut nõ exprobrem quot prætores eoꝝ:quot lagati:quot cõsules:quot legiones:quãtiqꝫ exercitus cõsumpti sunt.Illud solũ reuoluo quãta fuerit timoris amẽtia.Miles romanus hebetatus:ut iã nec ad experimẽtũ q̃dem belli cohibere pedem:atqꝫ affirmare aĩum posset.sed mox cõspecto Hispano specialiter hostem diffugiens:uinci se pene prius crederet:q̃ uideri Quo argumento patet apud utrosqꝫ misera illa tempora iudicata:cũ & Hispani & si uicere poterãt:ĩuiti tamẽ desererẽt ocia sua dulcia & bella externa tolerarẽt:& Romani quãto ĩpudẽtius alienæ quieti sese ĩgererent:tanto turpius uincerentur.

Brutus.

Lepidus proconsul.

In urbe Roma puerum natum nouum monstrum.& in Sicilia montem Aetnam uastos ignes eructasse.

Eruio Fuluio Flacco & Quito Calphurnio Pisone cõsulibus Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes :quadrimanus:oculis.iiii. auribus totidem : natura uirili duplex.In Sicilia mons Aetna uastos ignes eructauit ac fudit: qui torrentum modo per præcipites prona:proxima quæqꝫ corripientibus exussere flammis.longinquiora autem fauillis calidis cum uapore graui late uolitantibus tor

ruerũt:quod Siciliæ semp uernaculũ genus mõstri nõ portẽdere malũ assolet.sed ifer re.In Bononiẽsi agro fruges i arboribus natæ sunt.Igit i sicilia bellũ ciuile ortũ est:qđ adeo graue & atrox multitudine seruoꝝ tũc ad arma istructoꝝ copiaꝗ & magnitudine uiriumfuit:ut non dicam prætores Romanos:quos penitus profligauit.sed cõsules quoque terruerit. Nam septuaginta millia seruorum tum in arma conspirantium fuisse referuntur:excepta urbe Mesana:quæ seruos liberaliter habitos in pace continuit. Cæterum sicilia in hoc quoque miserior est:quia insula:& nunꝗ erga pactũ suũ iuris idonea nũc tyrãnis subiecta:nũc seruis:uel illis dominatu iprobo exigentibus seruitutẽ:uel istis præsumptione peruersa cõmutãtibus libertatẽ:maxime quia clausa undiꝗ mari egerere foras nõ facile potest itestinũ malũ. Viperinã ꝗppe cõceptionẽ perditionis suæ aluit:sua libidine auctã:sua morte uictura.In hac aũt seruilis tumultus excitatus:quanto rarior cæteris:tanto truculentior est:quia intentione cõmouetur libera multitudo:ut patriam augeat:seruilis:ut perdat.

Scipio consul creatus Numantiam deleuit.

a Nno ab urbe cõdita.dc.xx.cũ maior pene ifamia de fœdere apud Numãtiã facto:ꝗ apud Caudinas quondã furculas pudorẽ Romanæ frõtis oneraret: Scipio Aphricanus cõsensu omnium ex tribuno cõsul creatus:atq; ad expugnãdã Numãtiã cũ exercitu missus ẽ.Numãtia aũt citerioris Hispaniæ haud ꝓcul a Vacceis & Cãtabris i capite Gallatiæ sita ultima Celtiberoꝝ fuit:hæc p ãnos.xiiii.cũ solis.iiii.M.suoꝝ.xl.M.Romanoꝝ nõ solũ sustinuit:sed etiã uicit.pudẽdisq; fœderibus affecit.Igit Scipio Aphricanus Hispaniã igressus nõ ilico se igessit hostibus: ut quasi icautos circũueniret sciẽs nũꝗ id genus hoium adeo i ociũ corpore atq; aio resolui:ut nõ ipsa qualitate habitudinis suæ apparatus alioꝝ præcelleret.sed aliquãdiu militẽ suũ i castris ueluti scholis exercuit.Et cũ partim æstatis totãq; hyemẽ:ne attẽta quid pugna trãsegisset:sic quoq; paꝝ ꝓpemodũ hac ꝓfecit idustria.Nãq; ubi copia pugnandi facta est exercitus romanus oppressus impetu Mumantinorum terga conuertit:sed increpatione & minis obiectantis sese consulis:manuq; retinentis tandẽ indignatus in hostem rediit:& quem fugiebat fugere compulit.Difficilis in relatu fides.Numantinos effugauere.& fugientes uidere Romani. Vnde ꝗuis Scipio. quia præter spem acciderat:lætatus& gloriatus esset.tamen ultra bellũ aduersus eos audẽdũ nõ esse ꝓfessus est.Itaq; Scipio isistẽdũ iopinatis ꝓuẽtibus cẽsuit.urbẽ ipsã obsidione cõclusit & fossa circũdedit:cuius latitudo pedibus.x.altitudo.xx.fuit.Ipsum deinde uallũ sudibus præstructũ crebris turribus cõmuniuit.ut si qua ab erũpẽte hoste in eũ tẽtaret irruptio:iã nõ quasi obsessor cũ obsesso:sed uersa uice obsessus obsesso repugnaret.Numãtia autẽ i tumulo sita haud ꝓcul a flumine Durio tria.M.passuum ambitu muri amplexabat:ꝗuis aliq asserãt eam & paruo situ & sine muro fuisse. Vnde credibile est:cum hoc spacii cura alendoꝝ custodiendorumq; pecoꝝ:uel etiã exercẽdi ruris commodo:cum bello premerentur inclusérint ipsum arcem paruam natura munitam obtinentes.Alioquin tãtam paucitatem hominum:tam amplum urbis spacium non munire magis ꝗ prodere uidebatur.Igitur conclusi diu Numantini:& fame trucidati deditionem sui obtulerunt.Si tolerabilia iuberentur:sæpe etiam orantes iustæ pugnæ facultatem:ut tanꝗ uiris mori liceret. Vltimo omnes subito duabus

Septuaginta millia seruorum conspiratio

portis eruperũt:larga prius potione usi nõ uini:cuius ferax is locus nõ est:sed succo tritici parte cõfecto:quẽ succũ a calefaciẽdo celiam uocant.Suscitat̃ enim illa ignea uis germinis madefactæ frugis:ac deide siccat̃:& post i farinã redacta molli succo admiscet̃:quo fermẽto sapor austeritatis & calor ebrietatis adiicit̃.Hac igit̃ potõe post lõgã famẽ recalescẽtes bello sese obtulerũt.Atrox diu certamẽ & usq̃ ad piculum romanoꝝ fuit.Iterũq̃ romani pugnare se aduersum Numãtinos fugiendo ꝓbauissent nisi sub Scipione pugnassent.Numãtini iterfectis suoꝝ fortissimis bello cedũt:cõpositis tamẽ ordinibus.nec sicut fugiẽtes i urbẽ reuertunt̃ corpora iterfectoꝝ ad sepulturam oblata accipe noluerũt.nouissima spe desperatõis i morte oẽs destinati clausam urbẽ ipsi itrorsum succẽderũt:cũctiq̃ pariter ferro ueneno atq̃ igne cõsumpti sunt.Romani nihil ex his penitus habuere uictis præter securitatẽ suã.neq̃.n.euersa Numãtia uicisse se magis Numãtinos q̃ euasisse duxerũt:unũ Numãtinum uictoris catena nõ tenuit:unde triũphũ dederit Roma nõ uidit.Auꝝ uel argẽtũ quod igni supesse potuisset:apud pauperes non fuit.arma & uestes ignis absumpsit

Unũ Numãtinũ catena uictoris non tenuit.

Deleta Numantia cæteras gentes pacem petiisse.

Gitur ea tẽpestate cũ hæc apud Numãtiã gesta sunt.apud romã Gracchoꝝ seditões agitabant̃.Scipio aũt cũ deleta Numantia cæteras Hispaniæ gentes pace cõponeret:Tiresum quẽdã Celticũ pricipẽ cõsuluit:qua ope res Numãtina aut prius iuicta durasset:aut post fuisset euersa.Tiresus respõdit.Cõcordia iuicta discordia exitio fuit:quod Romani tanq̃ sibi ac de se dictũ exempli loco acceperunt.q̃ppe q̃bus iã de seditione discordãtis totius urbis nũciabat̃.Carthagine Numãtiaq̃ deleta orit̃ apud Romanos utilis de ꝓuisione collatio.& orit̃ ifamis de ambitõe cõtẽtio.Gracchus tribunus plæbis iratus nobilitati:qꝫ iter auctores Numantini fœderis notatus esset:agrũ a priuatis eatenus possessum populo diuidi statuit.Octauo tribuno plæbis obsistẽti ademit iperiũ.& successorẽ Numitium dedit.His causis senatũ ira:populũ supbia iuasit.ac tũc forte Attalus Eumenis filius moriẽs testamẽto populũ Romanum imperio Asiæ hæredem succedere iusserat.Gracchus gratiam populi precio appetens legem tulit:uti pecunia:quæ fuisset Attali:populo distribuerẽt̃.Obsistente Nasica etiam Pompeius spopondit:se Gracchum cum primum magistratum adiisset:accusaturum.

Concordia inuicta.

Attalus dominator Asiæ.

In urbe ortam seditionem grauem.& in Sicilia seruilem contagionem.

Racchus cum niteret̃:ut ipse tribunus plæbis subsequente anno ꝑmaneret:cũq̃ comitioꝝ die seditiões populi accederet.auctore Nasica iflãmata nobilitas fragmẽtis subselioꝝ plæbẽ fugauit.Gracchus ꝑ gradus q̃bus itur super Calphurnium fornicẽ detracto amiculo fugiẽs ictus fragmẽto subselii corruit.Rursusq̃ assurgẽs alio ictu clauæ cerebro ipactæ exanimatus ẽ.Ducẽti præterea i ea seditione iterfecti:eorumq̃ corpora i tiberim ꝓiecta sunt.ipsius quoq̃ Gracchi ihumatũ cadauer extabuit.Orta præterea i Sicilia belli seruilis cõtagio multas late ifecit ꝓuincias.Nã & Minturnis.cccc.l.serui i crucẽ acti:& Sinuessæ ad.iiii.M.seruoꝝ a Quito Metello & Gneo Seruilio cæpione oppressa sunt.In metallis quoq̃ Atheniẽsiũ idẽ tumultus seruilis ab Heraclito prætore discussus est.Apud Delon & serui nouo motu itumescẽtes oppidanis præuenientibus pressi sunt absq̃ illo primo Siciliensis mali

Grachi seditio.

fomite:a quo istæ uelut scintillæ emicātes diuersa hæc icēdia seminauit.i sicilia enim post Fuluiū cōsulē Piso cōsul Mamerciū oppidū expugnauit.ubi octo.M.fugitiuorū interfecit.quos aūt capere potuit patibulo suffixit:cui cū Rutilius cōsul successisset idē quoq; Taurominiū & Aetnā firmissima fugitiuoꝝ refugia bello recepit:ubi amplius q̄.xx.M.tunc seruoꝝ trucidata referunt̄.Misera ꝑfecto talis belli & iextricabilis causa.Pereundū utriq; dominis erat:nisi isolescētibus seruis ferro obuiā iret̄.Sed tamen in ipsis quoq; isœlicissimis damnis pugnæ:& infœlicioribus lucris uictoriæ: quanti periere uicti:tantum perdidere uictores.

Attalum regem Asiæ testamento Asiam reliquisse Romanis.

Anno ab urbe cōdita.dc.xxii.Publius Lycinius crassus cōsul & pōtifex maximus:aduersus Aristonicū Attali fratrē q traditā testamēto Romanis Asiam ꝑuaserat:cū istructissimo est missus exercitu.Præterea magnis regibus:hoc ē Nicomede Bithiniæ:Mithridate Pōti & Armeniæ:Ariarathe Cappadociæ: Philomene Paphlagoniæ:eorūq; maximis copiis adiutus:cōserto tamē bello uictus est.Et cū exercitu post plurimā cædem in fugā acto ipse iā circūuētus ab hostibus:& pene captus esset:uirgā:qua erat usus ad equūi oculū Thracis ipegit.Barbarus aūt cū ira & dolore exarsisset:latus Crassi gladio trāsuerberauit.Ita ille excogitato genere mortis effugit & dedecus & seruitutē.Perpēna cōsul:q crasso successerat:audita morte Crassi & clade exercitus Romani raptim in Asiam peruolauit:Aristonicum recenti uictoria furiantem improuiso bello adortus nudatum omnibus copiis in fugam uertit.Cūque Stratonicem urbem: ad quam ille confugerat obsidione cinxisset: trucidatum fame ad deditionem coegit. Perpenna cōsul apud Pergamum correptus morbo diē obiit.Aristonicus uero ductus ad urbem Romam iussu senatus in carcere strangulatus est.Eodem anno Ptolemæi Alexandrinorum regis uita misera miseriorem uitæ exitum dedit. Is enim sororem suam stupro cognitam:ac deinde in matrimonio receptam turpius q̄ duxit: abiecit. Priuignam uero suam:hoc est filiam sororis & coniugis: coniugem asciuit.filiumque suum:quem ex sorore susceperat:necnon & filiū fratris occidit.Quamobrem tantis incestis parricidiisque execrabilis ab alexandrinis regno pulsus est.Iisdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia atque Hecharbana totū Mediæ iperiū aduersus Pharaathē Parthoꝝ regē cōgressus uictus ē:q cū i exercitu suo.ccc.M.armatoꝝ habere uideret̄.c.M.& amplius calonū & lixarū imixta scortis & histrionibus trahebat.Itaq; facile cū uniuerso exercitu suo Parthorum uiribus oppressus interiit.Gaio Sempronio Tuditano & Marco Acilio consulibus Publium Scipionem Aphricanum pridie pro concione de periculo salutis suæ contestatum:quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denūciari cognouisset:alio die mane exanimem in cubiculo suo repertum non temere inter mala romanorum maxima recensuerim:præsertim cum tantum in ea urbe Aphricani uigor & modestia ualeret:ut facile uiuo eo neque sociale neque ciuile bellum posse existere crederetur.Hunc quidam uxoris suæ Semproniæ:Gracchorum autem sororis dolo necatum ferunt:ne scelerata:ut credo:familia:atq; in perniciem patriæ suæ nata: iter impias seditiones uirorum non etiam facinoribus mulierum esset immanior.

Iterum Aetnam uasto tremore exundasse igneis globis.

Crassi trucidatio.

Aristonicus rex i carcere strangulatus

Publii sempronis Aphricani obitus.

m Arco Aemilio & Lucio Oreste consulibus: Aetna uasto tremore cõcussa exundauit igneis globis. Rursusq; alio die Lypara isula & uicinũ circa eam mare itatũ efferbuit: ut adustas quoq; rupes dissolueritt: tabulataq; nauiũ liquefactis ceris extorruerit: exaiatos pisces supnatãtes excoxerit: hoies quoq; nisi q lõgius potuere diffugere: reciprocato anhelitu calidi aeris adustis itrorsũ uitalibus suffocauit

Vbi in Aphrica a bellorum excidiis cessatum est: horribilem & inusitatam perditionem locustarum secutam.

m Arco Plautio Isæo & Marco Fuluio Flacco cõsulibus uix dum Aphricam a belloꝝ excidiis qescentem: horribilis & inusitata pditio consecuta est. Nanq; cum ptotam Aphricam immensæ locustarum multitudines coaluissent. & nõ modo iam spem cũctam frugũ abrasissent herbasq; omnes cũ parte radicũ & folia arboꝝ cum teneritudine ramoꝝ cõsumpsissent: ueꝝ etiã amaras cortices atq; arida ligna prosissent repentino arreptæ uẽto: atq; i globos coactæ: portatæq; diu pre aerem Aphricano pelago immersæ sunt. Haꝝ cum immensos aceruos longe undis urgentibus fluctus p extenta late littora ppulissent: tetꝝ nimis atq; ultra opinionem pestiferꝝ odorem tabida & putrefacta cõgeries exhalauit. Vnde omnium pariter animãtium tãta pestilẽtia cõsecuta est: ut auium pecudum ac bestiaꝝ corruptiõe aeris dissolutaꝝ putrefacta passim cadauera uitium corruptiõis augerent. At uero quãta fuerit hominum lues ego ipse dum refero: toto corpore phorresco. Siqdem i Numidia i qua tunc Micipsa rex erat. dccc. M. hominum: circa orã uero maritimã quæ maxime Carthaginẽsi atq; Vticensi littori adiacet: plus q̃. cc. milia pisse traditum est. Apud ipsã uero Vticã ciuitatẽ. xxx. milia militum: quæ ad præsidium totius Aphricæ ordinata fuerãt extĩcta atq; abrasa sunt. Quæ clades tã repẽtina ac uiolẽta istitit: ut tunc apud Vticã sub una die p unã portã ex illis iunioribus plus q̃. M. d. mortuos elatos fuisse narretꝰ. Veꝝ tamẽ pace & gratia omnipotentis dei dixeri: de cuius misericordia & in cuius fiducia hæc loquor: q̃uis & tẽporibus nostris exoriãtur aliquãdo hæ diuersis partibus locustæ: & plærunq; etiã: sed tolerabiliter lædãt: nunq̃ tamẽ temporibus christianis tanta uis inextricabilis mali accidit: ut pnicies locustaꝝ: quæ nullo modo ferri uiua potuisset: mortua plus noceret. & quãdiu uiuente peritura erant omnia: ea perdita pereuntibus magis omnibus optandum fuerit: ne periret.

Post euersam Carthaginem iterum iussum est eam restitui.

A Nno ab urbe cõdita. dc. xxxvii. Lucio Cæcilio Metello & Quito Tito Flaminio cõsulibus Carthago i Aphrica restitui iussa. xx. & secũdo demũ ãno: q̃ fuerat euersa: deductis ciuiũ Romanoꝝ familiis: quæ eã icolerẽt: restituta & repleta ẽ: magno ãte pdigio præcedẽte. Nã cũ mẽsores ad limitãdũ Carthaginensem agrum missi stipites terminorum indices fixos: nocte a lupis reuulsos mordicus: corrososq; reperissent: aliq̃diu hæsitatũ ẽ: utꝝ Romanæ paci expediret: Carthaginẽ reformari. Eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius: q iam occisus in seditione fuerat frater: tribunus plæbis per tumultum creatus: magna reipublicæ pernicies fuit. Nã cum sæpe populum romanum largitionibus promissisque nimiis in acerbissimas seditiones excitauisset: maxime legis agrariæ causa pro qua etiam frater eius Tiberius Gracchus fuerat occisus: tandem a tribunatu minutio successore decessit. Minutius

tribunus cū maxime ex parte decessoris sui Gracchi statuta cōuulsisset: legesq; abrogasset: Gaius Gracchus cū Fuluio Flacco igēti stipatus agmine capitolium: ubi cōcio agitabat: ascēdit. Ibi maximo tumultu excitato qdā præco a Gracchanis interfectus: uelut signū belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cīctus: comitante etiā Graccho togato: breueq; gladiū sub sinistra occultāte: quis & præconē frustra præmisisset: q̄ seruos ad libertatē uocaret: Ianū tanq̄ ī arce occupauit: cōtra quē Decius Brutus uir cōsularis a cliuo publico cū igenti certamine irruit. Ibi diu obstinatissime dimicauit Flaccus. Gracchus postq̄ ī tēplū mineruæ successerat: gladio icūbere uolēs iteruētu lictoris retētus est. Itaq; cū diu anceps bellū agitaret: tādē sagittarii ab Opimio missi cōfertā multitudinē disturbauerūt. Duo Flacci pater filiusq; cū p ædē Lunæ ī domū priuatā desiluissēt: foresq; obiecissēt: rescisso craticio pariete: cōfossi sūt. Gracchus p se amicis pugnātibus ac peuntibus ægre ad pōtē sublicīū puenit: ibiq; ne uiuus caperet: ceruicē seruo suo præbuit. Caput Gracchi excisū cōsuli allatū ē. corpus ad Gorneliā matrē Missenū oppidū deuectū ē. Hæc aūt Cornelia Aphricani maioris filia Missenum post prioris filii mortem secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi. cc. l. homines ī Auētino mōte cæsi referuntur. Opimius cōsul sicut ī bello fuit fortis: ita ī quæstione crudelis. Nā amplius q̄ tria. M. hominū suppliciis necauit: ex qbus plurimi ne dicta qdē causa inocētes iterfecti sūt. Iisdē tēporibus Metellus Baleares īsulas bello puagatus edomuit. & piraticā īfestationē: quæ ab iisdē tūc exoriebat plurima īcolaꝝ cæde cōpressit. Gneus quoq; Domitius proconsul Allobroges Gallos iuxta oppidum Vindalium grauissimo bello uicit: maxime cum elephantorum noua forma equi hostium hostesque conterriti diffugissent. xx. M. ibi Allobrogū cæsa referuntur. iii. M. capta sunt.

Aetnam ultra solitum exarsisse.

Odem tempore Aetna mons ultra solitum exarsit: & torrentibus igneis suppfusis lateq; circunfluentibus Catinam urbem finesq; eius oppressit ita: ut tecta ædium calidis cineribus præusta & prægrauata corruerent: cuius leuandæ cladis causa senatus. x. annorum uectigalia Catinensibus remisit.

Iugurthæ Numidarum regi bellum consensu populi Romani senatum indixisse.

Nno ab urbe cōdita. dc. xxviii. Fabius cōsul Bititeo regi Arneruoꝝ Galliæ ciuitatis bellū maxio īstructu cōparāti adeo cū paruo exercitu occurrit: ut Bititus paucitatē romanoꝝ uix ad escā canibus: quos ī agmine habebat: sufficere posse iactaret: q cū sibi ad trāsferēdas copias unū pōtē Rhodani fluminis paꝝ eē itelligeret: aliū cū paucis litribus catenisq; cōnexū supstratis cōfixisq; tabulis struxit. Cōserta pugna: & diu grauiter agitata uicti galli: cōuersiq; ī fugā dū qsq; sibi timet: coaceruatis icōsulte agminibus præpropo trāsitu pōtis uicula ruperūt. ac mox cū ipsis lintribus mersi sūt. c. lxxx. M. armatoꝝ ī exercitu Bytiti fuisse tradunt: ex quibus. c. l. M. uel cæsa uel mersa sunt. Quintus Martius consul Galloꝝ gentem sub radice alpium sitā bello aggressus est: q cum se Romanis copiis circūseptos uiderēt: belloq; ipares fore itelligerent: occisis coniugibus ac liberis in flammas sese pieceruut. Qui uero præoccupantibus Romanis peragendæ tunc mortis suæ copiam non habuerant: captiq; fuerant: alii ferro: alii suspendio, alii abnegato cibo sese consumpserunt: nullisque

omnino uel paruulus superfuit:qui seruitutis conditionem uitæ amore tolerant.

Anno ab urbe cōdita.dc.xxxv.Publio Scipione Nasica & Lucio Calphurnio Bestia cōsulibus Iugurthæ Numidarum regi bellum cōsēsu populi Romani senatus indixit.Sed ego de Iugurtha ordinis tantum loco & causa commemorationis breuiter perstrinxerim:quia ut de natura eius uaria atque intolerabili.ita & de rebus tam dolose:q̄ strenue gestis propter opimam scriptorum luculentiam satis sufficiens apud omnes noticia est.Igit᷑ Iugurtha Micipsæ Numidarum regis adoptiuus:hæresque inter naturales eius filios factus primum cohæredes suos:idest Hyepsalem occidit.Adherbalem bello uictum Aphrica expulit.Calphurnium inde consulem aduersum se missum pecunia corrupit:atque ad turpissimas conditiones pacis adduxit.Præterea cum Romam ipse uenisset omnibus pecunia aut corruptis:aut attētatis seditiones dissensionesque permiscuit:quā cum egrederetur:infami satis notauit eulogio:dicens.O urbem uenalem & mature perituram:si emptorem inueneris.In sequenti anno Aulum Posthumium Posthumii consulis fratrem:quem is.xl.M.armatorum exercitui præfecerat apud Calamam urbem thesauris regiis cōditis inhiātem bello oppressit:cui uicto ignominiosissimum fœdus exegit.Vniuersam pene Aphricam a Romanis deficientem regno suo iūxit.Postea tamen Metelli consulis integritate & disciplina coercitus:duobus etiā præliis uictus uidit præsente se & uastari Numidiam suam & nō posse defendi.a quo in deditionem coactus.ccc.obsides dedit.frumentum atque alios commeatus persoluturum sese spopondit.iii.M.amplius perfugarum reddidit.Exin cum incertus in pace improbos non prohiberet excursus:Gaii Marii consulis non minore pene q̄ ipse præditus erat astutia:Romanisq; uiribus fractus est:maxime postq̄ Marius urbem Capsam ab Hercule Phœnice:ut ferunt conditam regiis tunc thesauris confertissimam dolo circunuenit.& cepit.Diffidens dein de propriis rebus & uiribus Iugurtha societatem cum Boccho maurorum rege fecit cuius equitatu in immensum auctus marianum exercitū creberrimis incursionibus fatigauit.Postremū apud Cyrtham urbem antiquam masanissæ regiam aduersum Romanos expugnationem eius parantes.lx.milia equitum instructus occurrit.Nunq̄ ulla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit:adeo ut discursu & fremitu circuncursantium & impetentium equitum suscitatus puluis cælum subtexuerit:diem ademerit:noctemq; obduxerit:tantus autem telorū nimbus ingruerit ut nulla pars corporis esset ab ictu tuta:quippe quibus & uisus ad prospiciendum impedimento caliginis & expeditio ad cauendum compressione multitudinis deerat.Nec laborabat eques Maurus ac Numida:ut bene collocatum hostem opportuno teli impetu rimaretur. Sed potius in incertum pila mittebant:certi:q uulnera incerta non essent.Ita coacti in unum romani equites:in unum pedites densabantur.Intercapedinem tanti periculi nox interueniens finem dedit.Eadem postera die & belli & periculi facies erat erumpere in hostem:quis stricto miles gladio nō ualebat ferire.eminus enim iaculis repellebatur.fugere non poterat.Vndiq; eni uelocior ad persequendum eques icluserat.Iā tertia dies & nullū undecūq; suffragiū.dira ūdiq; mortis facies obiiciebat᷑.Tādem Marius cōsul forti desperatiōe spei uiā fecit.& cū uniuerso simul agmine prorupit e uallo.cāpoq; sese simul e prælio dedit.Et cū iteꝝ circūfusi hostes nō

folũ agminis extrema laniarẽt:uerꝝ etiã media excuſſis ꝓcul telis cederẽt: turbatoſq́ꝫ Romanos ĩſup etiã æſtu ſolis ĩtolerãtia ſitis:mortis circũſtãtia uſq́ꝫ ad extremũ deſperationis fatigaret:ſubito notũ illud romanorũ aduerſus Aphros tempeſtatum imbriumq́ꝫ ſuffragium cælo miſſum ĩſperatæ ſalutis fuit. Siquidem repentina pluuia ſitiẽtibus Romanis & æſtuantibus refrigerium potumq́ꝫ præbuit. Porro autem Numidis haſtilia telorũ:quæ manu ĩtorquere ſine armẽtis ſolent:lubrica ac ꝑ hoc inutilia reddidit. Scuta etiam:quæ elephanti corio extento atq́ꝫ durato habilia & tuta geſtabant: cuius ea natura eſt: ut acceptum imbrem:tanq̃ ſpongia ebibat: ac per hoc intractabile repentino pondere fiat: quia circunferri non poterant:defendere nequiuerunt. Ita ex inſperato conturbatis deſtitutiſque Mauris ac Numidis Bocchus & Iugurtha fugerunt. Poſt hoc.l.M.armatorum nouiſſimo bello ab iiſdem regibus obiecta hæc quoque uſque ad iternitionem romanis uicentibus cæſa referuntur. Ex eo Bocchus ſpem belli abiiciens pacẽ petiuit. atque ĩ preciũ pacis Iugurthã dolo captum cathenisque obrutum ꝑ Syllã legatum miſit ad Marium:q́ in triumpho ante currꝫ cum duobus filiis ſuis actus mox in carcere ſtrãgulatus ẽ. Iiſdẽ diebus obſcœnum ꝓdigium ac triſte uiſum ẽ. Lucius Aelius eques Romanus cum uxore & filia Roma in apuliã rediẽs tẽpeſtate correptus eſt:qui cum filiã cõſternatã uideret:ut citius ꝓpioribus tectis ſuccederẽt:relictis uehiculis:arreptiſque eq̄s filiã uirginẽ equo inſidentem ĩ medium agmen accepit. Puella uero ictu fulminis exanimata eſt. Sed omnibus ſine ſciſſura aliqua ueſtimentis ademptis:ac pectoris pedumque uinculis diſſolutis:monilibus etiã ãnuliſque diſcuſſis:ipſo quoque corpore illæſo:niſi quod obſcœnum in modum nuda:& lingua paululum exerta iacuit equus quoque ipſe quo utebatꝰ ſtratuꝛis frenis & cĩgulis diſſolutis paſſim ac diſperſis exanimis ꝓcul iacuit. Poſt hoc paruo interceſſu temporis Lucius Vecturius eques Romanus Aemiliam uirginem Veſtalem furtiuo ſtupro polluit. Duas præterea uirgines Veſtales eadẽ Aemilia ad participationẽ ĩceſti ſollicitas cõturbernalibus ſui corruptoris expoſuit ac tradidit. Indicio ꝑ ſeruũ facto ſupplicium de omnibus ſumptum eſt. Iiſdem præterea Iugurthini belli tẽporibus Lucius Caſſius cõſul ĩ Gallia Tigurinos uſq́ꝫ ad oceanum ꝑſecutus:ruſſumq́ꝫ ab eiſdem inſidiis circũuentus occiſus eſt. Lucius quoq́ꝫ Piſo uir cõſularis legatus Caſſii cõſulis ĩterfectus. Gaius Publius alter legatus:ne reſidua exercitus portio quæ ĩ caſtra cõfugerat:deleretꝰ:obſides & dimidiã partẽ reꝝ omniũ Tigurinis turpiſſimo fœdere dedit:q́ Romã reuerſus a Cælio tribuno plæbis die dicta eo ꝙ Tigurius obſides dederat:ĩ exiliũ ꝓfugit. Scipio ꝓcõſul capta urbe Galloꝝ:cui nomẽ ẽ Toloſa.c.M.põderis auri:& argẽti.cx.M.e tẽplo Apollinis ſuſtulit:quod cũ ad Maſſiliã amicã populo Romano urbẽ cũ præſidiis miſiſſet.ĩterfectis clã:ſicut q̄dã cõteſtantꝰ:q̄bus ea cuſtodienda & ꝑuehẽda cõmiſerat:cũcta ꝑ ſcelus furatus fuiſſe narratꝰ. Vnde Magna quæſtio poſt Romæ acta ẽ. /Multas gẽtes ĩ unũ cõſpiraſſe:ut Romanũ nomẽ delerent.

a

ANno ab urbe condita.dcxlii. Gaius Manlius & Quintus Cæpio proconſules aduerſus Cimbros & Teutones Tigurinos & Ambronas Galloꝝ gentes: quæ tũc:ut ĩperium Romanum extĩguerent:cõſpirauerãt: miſſi ꝓuincias ſibi Rhodano flumine medio diuiſerũt:ibi dum iter ſe grauiſſima inuidia & contentione diſceptant cum magna ignominia & periculo Romani nominis uicti ſunt. Siqui-

Iugurtha a Boccho rege captus atq́ Mario traditus in pretium pacis.

Virginum vestalium truciTdatio

Tolosa gallorum urbs a Romanis capta.

dem i ea pugna Marcus Aemilius cõsularis captus atq; iterfectus est. Duo filii cõsu-
lis cæsi.lxxx.M.Romano℞ sociorumq; ea tempestate trucidata.lx.M. calonum atq;
lixa℞ iterfecta Antias scribit.Ita & ex omni penitus exercitu.x. tãtũmodo homines:
qui miserum nũcium ad augẽdas miserias reportarent:superfuisse referuntur.Hostis:
binis castris atq; ingenti præda potiti noua quadam atq; insolita execratione cuncta
que cæperant: pessundederũt. Vestis discissa & proiecta est.aurum argentumq; i flu
men abiectum est:loricæ uiro℞ cõcisæ.phaleræ quoq; equo℞ disperditæ.equi ipsi gur
gitibus immersi.homines laqueis collo iditis ex arboribus suspensi sũt:ita ut nihil præ
dæ uictor:nihil misericordiæ uictus agnosceret.Maximus tũc Romæ nõ solũ luctus:
ue℞ etiam metus fuit:ne cõfestim Cimbri alpes trãsgrederent̃:Italiamq; delerent. Iis-
dem temporibus Q uitus Fabius Maximus filium suum adolescentem ruri relega-
tum cum duobus seruis parricidii ministris iterfecit:ipsosq; cõtinuo seruos i precium
sceleris manumisit.Die dicta:Gneo Pompeio accusante damnatus est. Igit̃ Marius
quarto cõsul:cum iuxta Isaram Rhodanumq; flumina:ubi i sese cõfluũt castra posuis
set:Teutones Cimbri & Tigurini & ambrones:postq̃ cõtinuo triduo circa Romano-
rum castra pugnarũt:si quo pacto eos excuterent uallo:atq; i equum fũderent: tribus
agminibus Italiã petere destinarũt. Marius post digressũ hostiũ castra mouit.& col-
lẽ occupauit:q campo & fluuio:ubi hostes sese diffuderant:iminebat. Cũq; exercitui
eius aqua ad potãdũ deesset:querelis omniũ coargueret̃:aquã qdẽ i cõspectu esse re-
spõdit.sed eã ferro esse uẽdicãdã.Primis itaq; calonibus cũ clamore i pugnam ruenti-
bus subsecutus exercitus:mox iusto certamine cõpositis ordinibus bellatũ est:& uice
re Romani.Q uarto die rursus ꝑductæ utrinq; i cãpum acies usq; ad meridiem pene
pari pugnauere discrimine.Post ubi icalescẽte sole fluxa Gallo℞ corpora in modum
niuium distabuerunt: usq; in noctẽ cædes potius q̃ pugna ꝑtracta ẽ.Ducẽta milia ar
mato℞ i eo bello iterfecta sũt.lxxx.M.capta.uix.iii.M.fugisse referunt̃.Dux quoq;
eorum Teutobecchus occisus ẽ.Mulieres eorum constantiore animo:q̃ si uicissent:pe
tierunt a cõsule:ut sibi iuiolata castitate:uirginibus sacris ministrare fas esset: quo ui-
tã sibi reseruarẽt.quã rẽ cum nõ ipetrassẽt:paruulis suis ad saxa illisis cunctæ sese fer
ro ac suspẽdio peremerunt.Hæc de tigurinis & Ambronibus gesta sunt.Teutones au
tẽ & Cimbri itegris copiis alpiũ niues emẽsi Italiæ plana puaserunt.Ibiq; cum rigidum
genus diu blãdioribus auris cibis poculis ac lauacris emolliret̃:Marius quintum cõ-
sul & Catulus aduersus eos missi:die ad pugnã & cãpo dato:Hãnibalis secuti igenium
i nebula disposuere:pugnã i sole pugnauerunt.Prima siqdẽ pturbatio Gallo℞ fuit:q,
Romanã aciẽ prius offendere dispositam:q̃ adesse senserunt.Cumq; ilico uulnerati eq
tes retro i suos cogerent̃:totãq; multitudinẽ idispositeadhuc aduẽtãtẽ cõturbarẽt: &
sol cum uẽto ortus ex aduerso emicuisset:uisus eo℞ puluis oppleuit. & splẽdor hebe
tauit.Ita factum est:ut tanta ac tam terribilis multitudo:minima Romanorum clade
sua ultima internitione cæderetur.Centum.xl.M.eorum tunc in bello cæsa.xl.M.ca
pta dicuntur. Mulieres grauiorem pene excitauere pugnam:quæ plaustris in mo-
dum castrorum circunstructis:ipse autem desuper propugnantes diu prope repule
re romanos.Sed cum ab his nouo cædis genere terrerentur:abscissis enim cum crine
uerticibus inhonesto satis uulnere turpes relinquebantur:ferro qd' i hostem sumpse-

Antias historiographus.

nihil prede victor: nihil misericordie victus agnosceret:

Fabius maximus.

Gneus pompeius

Egregium facinus mulierum Teutonicarum.

rantiī se suosq; uerterūt:nanq; aliæ cōcursim mutuo iugulatæ.aliæ apprehēsis inuicē faucibus strāgulatæ.aliæ funibus per equorū crura consertis ipsisq; eqs extimulatis: qbus equo℞ crura nexuerāt:īdidere ceruices:quousq; ꝓtractæ atq; exanimatæ sunt. aliæ laqueo de subiectis plaustro℞ temonibus pependerūt. Inuenta est etiam quædā quæ duos filios traiectis per colla eo℞ laqueis ad suos pedes uixerit: & cum seipsam suspendio morituram dimisisset:secum traxerit occidendos. Inter hæc multa & miserabilia mortis genera:reguli quoq; duo strictis ī se gladiis concurrisse referunt᷑. Lucius & Boiorix reges in acie ceciderūt. Claudius & Cesorix capti sūt. Ita in his duobus prœliis.ccc.l.M.Gallo℞ occisa.&.c.xl.M.capta sūt absq; inumera mulie℞ multitudine:quæ se suosq; paruulos fœmineo furore: ui autem uirili necauerunt.

Post triūphū Marii icredibile facinus & nunq̄ ātea rōanis cognitū ꝑpetratū fuisse.

Gitᷣ talem Marii triūphū romanamq; uictoriam icredibile facinus:& nunq̄ antea romanis cognitū Romæ subito perpetratum:uersa ī horrorem ac mœrorem tota urbe fuscauit. Publitius qdam malleolus seruis ānitētibus matrē suam interfecit. Dānatus parricidio:insutusque culleo in mare proiectus est:impleuerunt q; romani facinus & pœnam: de qua re solon atheniensis decernere non ausus fuerat:dum fieri posse non credidit:& Romani qui se ortos a Romulo scirent:etiam hoc fieri posse intelligentes supplicium singulare sanxerunt. Anno ab urbe condita.dcv. post cimbricum & Teutonicum bellum & quintum marii consulatum:quo status imperii romani iure conseruatus iudicatur.consulatu sexto eiusdem Gaii marii ita labefactatus est ut pene usq; ad extremum itestina clade conciderit. Euoluere ac percurrere mihi discordiarū ambages & inextricabiles seditionum causas icommodum simul ac lōgum uidetᷣ.sane breuiter strixisse sufficiat:qdᷣ primus Lucius Apuleius saturninus excitati tumultus auctor extiterit:quito Metello Numidico uiro sane primario acerrimus inimicus:qui eum censorem creatum protractum.domo atq; in capitolium fugientem armata multitudine obsedit:unde equitum romano℞ indignatione deiectus est:plurima ante capitolium cæde facta. Anumium deide competitorem suum saturninus & Glaucia:fraude Gaii Marii consulis occiderūt.subsequente āno marius sextum consul & Glaucia prætor:& saturninus tribunus plæbis conspirauerūt: Metellū Numidicum in exilium quacunque ui agere. Die dicta a suppositis eiusdē factionis ifamibus ausibus cōtionem domi suæ habuit:ibiq; ab aliis rex.ab aliis imperator est appellatus. Marius manipulatim plæbe descripta alterum consulem cū præsidiis i colle disposuit.ipse portas communiuit. In foro prælium commissum est. Saturninus a marianis foro pulsus in capitolium confugit. Marius fistulas quibus eo aqua deducebatur:icidit. Bellum deide i aditu capitolii horridum satis actum est.multiq; circa saufenium & saturninū cæsi.saturninus palā clamitans mariū auctorē eē omniū molitionū sua℞ cōtestatus ē. Cū aūt ipse saturninus & saufenius & Labienus cogēte Mario ī curiā cōfugissent:ꝑ eqtes romanos effractis foribus occisi sunt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus ē. Furius tribunus plæbis bona oīum publicāda decreuit. Gneus Dolobella saturnini frater ꝑ fo℞ olitorium fugiens cum Lucio Ieganio interfectus ē. Itaq; auctoribus tātæ seditiōis occisis qes populo fuit. Tunc Cato atq; Pōpeius rogationē de reditu metelli Numidici totius urbis gaudio ꝓmulgarunt.qdᷣ ne

perficeret̃:Marii consulis & Furii tribuni plæbis factionibus itercessum est: Rutilius quoq; uir itegerrimus adeo fidei atq; inocentiæ constãtia usus est:ut die sibi ab accusatoribus dicta usq; ad cognitionem neq; capillũ barbamue sumiserit. neq; sordida ueste humiliue habitu suffragatores cõciliarit.inimicos permulserit: iudices temperarit:orationemq; a prætore concessam nihilo summisshorem q̃ animum habuerit. Cũ euidẽti oppugnaret̃ calũnia & opinione bonoꝝ omnium iure absoluendus putaret̃:periurio iudicũ cõdẽnatus ẽ:q Smyrnã cõmigrãs litteraꝝ studiis cõtẽtus cõsenuit

Mœstam urbem prodigia terruerunt.

Anno ab urbe cõdita.dc.lix.Iulio Cæsare & Lucio Marco Philippo consulibus intestinis causis sociale bellum tota commouit Italia. Siquidem Liuius Drusus tribunus plæbis Latinos omnes spe libertatis illectos cum placito explere non posset:ĩ arma excitauit:quo accessit ut mœstã urbem prodigia dira terrerẽt Nã sub ortu solis globus ignis a regiõe septentrionis cum maximo cæli fragore emicuit.Apud Aretinos cum panes per conuiuia frãgerentur:cruor e mediis panibus quasi e uulneribus corporum fluxit.Præterea per septem continuos dies grãdo lapidum immixtis etiã testarum fragmentis terrã latissime uerberauit.In Sãnitibus uastissimo hiatu terræ:flãma prorupit.& usque ĩ cœlum extendi uisa est. Complures præterea itinere uidere Romani globum coloris aurei cœlo ad terrã deuolui. maioremq; factũ rursus a terra in sublime ad orientem solem ferri ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse.Drusus tãtis malis anxius domi suæ incerto quidem auctore iterfectus est.Igitur Picentes & Vestini Marsi Peligni Marrucini Sãnites & Lucani:cũ adhuc occultã defectiõem meditarent̃:Gaium Seruium prætorem legatũ ad se missum apud Asculum occiderunt:statimq; clausa ciuitate omnes ciues romanos in dicta cæde iugularũt.Cõtinuo atrocissimã perniciem infamissima præcessere prodigia. Nãque omniũ geneꝝ animalia:quæ manus hominum ꝑpeti:atq; inter homines uiuere solita erãt:relictis stabulis pascuisque cum balatu hinnitu mugituque miserabili ad siluas montesq; fugerũt.Canes quoq; quoꝝ natura est extra homines eẽ nõ posse:lachrymosis ululatibus uagi lupoꝝ ritu oberrarunt.Igit̃ Gneius Pompeius prætor cum Picentibus iussu senatus bellum gessit.& uictus est.Postq̃ sibi Sãnites Papium Mutilium imperatorem præfecerãt:Marsi autem Agamẽnonem archipiratam præoptauerãt:Iulius Cæsar Sãnitum pugna uictus cæso fugit exercitu.Rutilius consul Marium propinquum suum legatum sibi legit:quem assidue submonentem moram bello utilem fore & paulisper in castris exerceri militem oportere tironem: dolo id eum agere ratus cõtẽpsit:seseq; ĩ isidias marsoꝝ & uniuersũ agmẽ exercitus sui icautus iniecit: ubi & ipse cõsul occisus & multi nobiles ĩterfecti & octo.M.romanoꝝ militũ cæsa sũt.Arma & corpora ĩterfectoꝝ ĩ cõspectu marii legati Telonius Flauius ꝑtulit.atq; ĩ testimoniũ cladis euexit.marius raptis continuo copiis uictores ĩspatus oppressit. octo. M. & ipse marsoꝝ ĩterfecit. Cæpio aũt a Vestinis & marsis deductus ĩ isidias cum exercitu trucidatus ẽ.Iulius Cæsar postq̃ apud Eserniã uictus aufugerat: contractis undiq; copiis aduersus Sannitas & Lucanos dimicãs multa hostiũ milia ĩterfecit. Cũque ab exercitu imꝑator appellatus eẽt:romãque nuncios ꝑ adepta uictoria misisset:senatus sagũ hoc ẽ uestẽ mœroris:quã exorto sociali bello sũpserat:hac spe arridente deposuit. atq;

Rutilius vir integerrimus

cruor e mediis panibus qsi e vulneribus corporum fluxit.

Infamissima prodigia

militem tironẽ paulisper ĩ castris exerceri oportere.

Iulius Cesar.

Sagum vestem moeroris.

antiquũ togæ decorẽ recuperauit. marius deide sex. M. marsoꝝ cecidit. septẽ milia armis exuit. Sylla cũ. xxiiii. cohortibus Eserniã missus: ubi artissima obsidione romani ciues & milites premebant: maximo bello & plurima cæde hostiũ urbẽ sociosq; seruauit. Gneus Põpeius picentes graui prælio fudit: qua uictoria senatus latos clauos & cætera dignitatis isignia recepit: cũ togas tãtũmodo de uictoria Cæsaris primũ respirãte sũpsisset. Porcius Cato prætor & Plotius legatus Hetruscos & Vmbros plurimo sanguine ipenso difficillimo labore uicerũt. Gneo Põpeio & Porcio Catone cõsulibus: Põpeius diu obsedit Asculũ ciuitatẽ, nec tamẽ expugnauisset: nisi populum i campum ꝓrumpentẽ grauissima oppressione uicisset. Decem & octo milia marsoꝝ in ea pugna cũ frãco suo iperatore cæsa. sũt capta. iii. milia. Quatuor milia autẽ Italicoꝝ uiroꝝ ex ea cæde ꝓfugoꝝ: iugum mõtis coacto i unum agmine forte cõscenderãt. ubi oppressi exanimatique niuibus miserabili morte riguerunt: & uisebant: nec ullũ erat ꝓcul ituentibus mortis idicium nisi diuturna imobilitas: quã nullo modo humanæ uitæ uegetatio diu ꝑpeti potest. eadem die Picentes uicti sunt: quoꝝ dux Iudacilius cõuocatis principibus suis post magnificas epulas largaq; pocula cunctos ad exemplũ sui ꝓuocãs hausto ueneno cõsumptus est: cunctis factũ eius laudãtibus: sed nemine subsequente. Anno ab urbe cõdita. dc. lxi. cũ ad obsidendos Sãnites Põpeius & romanus isset exercitus: & Posthumius Albinus uir cõsularis tunc Lucii Syllæ legatus itolerabili suꝑbia omniũ i se militũ odia suscitasset: lapidibus occisus est. Sylla cõsul ciuilẽ cruorẽ nõ nisi sanguine hostili expiari posse testatus est: cuius rei conscientia ꝑmotus exercitus ita pugnã adorsus est: ut sibi unusqsque pereundũ uideret: nisi uicisset. xviii. Sãnitũ. M. illo prælio cæsa sunt. Iuuentiũ quoq; Italicum ducẽ & magnũ ipsius populum ꝑsecutus occidit. Porcius Cato cõsul marianas copias habens: cum aliquãta strenue gessisset: gloriatus est: Gaiũ Mariũ nõ maiora fecisse: & ob hoc cũ ad lacũ Fucinũ cõtra marsos bellũ gereret: a filio Gaii marii i tumultu belli: quasi ab icerto auctore ꝓstratus ẽ. Gaius Gabinus legatus i expugnatiõe hostiliũ castroꝝ iterfectus ẽ. Marrucini Vestiniq; Sulpitio legato Põpeii ꝑsequente uastati sũt: Popedius & Obsidius Itali iperatores ab eodẽ Sulpitio apud flumẽ theanũ horribili prælio oppressi & occisi sũt. Põpeius Asculũ igressus præfectos & cẽturiões cunctosq; pricipes eoꝝ uirgis cecidit. securiq; ꝑcussit. seruos prædamq; oẽm sub hasta uẽdidit. reliquos liberos qdẽ: sed nudos & egẽtes abire præcepit. Et cum de hac præda opitulationẽ aliq̃ i usum stipẽdii publici senatus fore sparet: nihil tamẽ ex ea Põpeius egẽti ærario cõtulit. Nãq; eodẽ tempore cum penitus exhaustum eẽt ærarium & ad stipẽdium frumẽti deesset expẽsa: loca publica quæ i circuitu capitolii põtificibus: auguribus: decẽ uiris & flaminibus in possessionẽ tradita erãt: cogẽte iopia uẽditi sunt: & sufficiẽs pecuniæ modus q ad tempus inopiæ subsidio eẽt: acceptus ẽ. Eqdẽ i sinum tunc ipsius ciuitatis euersaꝝ oĩum urbium nudataꝝq; terraꝝ abrasæ undiq; opes cõgerebant: cum ipsa Roma turpi adigẽte inopia præcipuas sui partes auctionabat. Quãobrẽ consideret tunc tempora sua: cum quasi iexplebilis uẽter cuncta cõsumẽs & sempesuriens cunctis urbibus q̃s miseras faciebat: ipsa miserior nihil relinquens nihil habebat. & stimulo domesticæ famis ad cõtinuatiõem bellicæ inqetudinis trudebat. Iisdem temporibus rex Sothimus cũ magnis thracum auxiliis Græciã igressus cunctos macedoniæ fines depopulatus est.

Sylla consul

Tandemque a Gaio Sentio prætore superatus redire in suum regnum coactus est.

Bellum Mithridaticum & bella ciuilia cœpere pene simul.

a Ano ab urbe cōdita.dc.lxii.nōdum finito sociali bello:Romæ primum bellū ciuile cōmotū est:eodemq; āno Mithridaticum bellū & si minus ifame:nō tamen minus graue cœptū ē.Eqdem de mithridatici belli spatio uarie traditū est:utrū abhinc cœperit:an tūc præcipue exarserit:maxime cū alii.xxx.alii.xl. annis gestum ferrāt.Sed q̄uis iisdem tēporibus gesta pplexis coaceruata malis exarserint:a me tamen speciatim: & si breuiter singula pferent.Marius Sylla cōsule cōtra mithridatem i Asiam cum exercitu pfecturus:i Cāpania tamē pter socialis belli reliquias cōsistentes affectauit septimum cōsulatum:& bellum suscipere mithridaticum.Quo Sylla cognito impatiens reuera iuuenis:itemperataque ira pcitus cum.iiii.legiōibus primum ante urbē consedit:ubi Gratidium marii legatum:q̄si primā uictimā belli ciuilis occidit.mox urbē cum exercitu irrupit.faces ad iflamādā urbē poposcit.Omnibus metu addictis p sacram uiā cito agmine i foꝝ uenit.marius cum pmouere nobilitatē:iflāmare plæbē:equestrē deide ordinem parmare aduersus Syllā frustra tentasset: postremo seruis spe libertatis & prædæ ad arma sollicitatis:nec quicq̄ repugnare ausis tandem i Capitolium cōcessit.Sed cum eo Syllanæ cohortes irruissent: magna suoꝝ cæde diffugit.Ibi tunc Sulpitius marii collega seruo suo pdente pstratus est. Seruū uero ipsum: q hostem indicauerat: manumitti. q uero dominum prodiderat: saxo Tarpeio deiici consules decreuerunt.marius fugiens cum psequentium instātia circū septus esset i miturnēsiū paludibus sese abdidit:de quibus ifœliciter luto oblitus: ignominioseq; ptractus:turpi autem spectaculo miturnas deductus: cōtrususq; i carcerē pcussorem ad se missum solo uultu exterruit.Deīde lapsus e uiculis i Aphricā transfugit.Sollicitatoq; ex Vtica filio:ubi is custodia obseruat̄:cōtinuo Romā regressus:Cinnæ cōsuli societate seleꝝ cōiunctus est.Igit̄ ad cōfligādam uniuersam rempublicam exercitum sibi in quatuor partes diuiserūt.Tres siqdem legiones mario datæ:parti copiarum Gneus Carbo præpositus est.partem Sertorius accepit: Ille scilicet Sertorius iam hinc ciuilis belli icentor & pticeps:q etiam hoc finito aliud post in Hispania bellum excitauit qd̄ per multos annos maximis Romanorum cladibus traxit. Cætera uero exercitus portio Cinnam secuta est.Porro autem Gneus Pompeius:qui a senatu cum exercitu accersitus:ut reipublicæ opitularetur:& diu sese nouarum rerum aucupatione suspenderat:contemptus a mario uel Cinna ad Octauium cōsulem sese cotulit.& mox cū sertorio conflixit.Infœlicem pugnam interuentus noctis diremit.Sexcēti ex utraque parte milites trucidati sūt.Postera die cum permixtim corpora ad sepulturam discernerentur:miles Pompeianus fratris sui: quem ipse interfecerat corpus agnouit.in transcursu enim utrinque cognitionem uultus & galeæ considerationem furor ademerat:q̄uis parum sit culpæ circa ignorantiam:ut uideatur nescisse de fratre quod non ambigitur scisse de ciue.Itaque uictor uicto ifœlicior:ubi & fratris corpus agnouit.& parricidium suum execratus bella ciuilia ilico pectus suū gradio transuerberans:simulque lachrymas & sanguinem fundens super fraternum sese cadauer abiecit.Et quid hoc profuit ad confusionem crudelis incepti:quod in primo statim bellorum ciuilium exordio infamis fama percrebruit:concurrisse ignaros quidem fratres:

Marius septimū consulatū affectauit

Sylla iuuenis inpatiens

Mary i Minturnensium paludibus latitatio

Sertorius

ſed conſcios ciues petiiſſe fratrem ſcelere uictorem fratris occiſi ſpolia: ac mox tantæ imanitatis rerum eodem gladio atq; eadem manu p ſuā necē parricidiū: quod admiſerat: uidicaſſet: nunqd i tātarum animoſitate patrium tā triſte mouit exemplum? Nunquid apud quenq̄ piculum ſceleris repulit terror erroris? Nūqd hæc quæ cōmunis eſt etiā cū belluis pietas & reuerē tia naturæ: quod unus perimendo ac pereūdo cōmiſit: quod in ſe agi poſſet itremuit: ſeſeq; ab huiuſmodi icepto cōſcientia uictus remouit? Qui potius ānis fere.xl.cōſequētibus i tātum cōtinuata ſūt bella ciuilia: ut magnitudo laudis appetēda ex magnitudine ſceleris putaret. Omnes enim poſt tale documentum in tali malitia parricidiorum pericula refugiſſent: niſi parricidia ipſa uoluiſſent. Igit Marius coloniam Hoſtienſem ui ingreſſus omnia ibi genera libidinis auariciæ & crudelitatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus interiit. exercitus uero eius peſtilentia correptus pene totus abſumptus eſt. Nam.xi.M.uirorum de caſtris Pompeii mortua ſex.M.autem de parte Octaui conſulis ſubtracta ſunt. Marius Antium & ariciam ciuitates hoſtiliter irrupit. cunctoſque i his præter ꝓditores iterfecit: bona ſuis diripienda permiſit. Poſt Cinna cōſul cum legiōibus: & Marius cum fugitiuis urbem igreſſi nobiliſſimos quoſque e ſenatu: & plurimos conſulares uiros interfecerunt. Sed quota hæc portio oſtentatæ miſeriæ eſt: uno uerbo definiſſe cædem bonorum: cuius fuit tanta numeroſitas tanta diuturnitas tanta crudelitas tantaque diuerſitas. Veruntamen æquus eſt: me aliquid utilitatis ſubtraxiſſe cauſa: q̄ tantum horroris ingeſſiſſe noticiæ: ſiue peritis hæc ſiue imperitis obiiciantur. De patria ſiquidem de ciuibus & de maioribus noſtris hæc loqmur: qui his exagitati malis tam abominanda geſſerunt: de quibus etiam audi tis poſteri perhorreſcant: qui ꝓfecto nolunt iſta nimiū exaggerari: aut ſufficientis noticiæ moderatione: ſi ſciunt: aut miſericordis reuerētiæ contemplatione: ſi neſciunt. Igit Marius cum iterfectorum ciuium capita illata conuiuiis: oblata Capitolio: collocata roſtris: ſpectaculum ornatumq; congereret: ac ſeptimum conſulatum cum Cina tertium cōſule puaſiſſet: i exordio conſularis iperii ſera tandem morte præreptus eſt. Cinna bonorum neces malorum cæde ſuppleuit. nam cum itroducta per marium fugitiuorum manus iſatiabilis prædādi eſſet: nullamq; partē auctoribus prædæ cōſulibus miniſtraret i forum quaſi ſtipendii cauſa ſollicitata: militibuſq; circundata: inermis extincta eſt. Cæſa ſunt illa die in foro urbis octo.M.fugitiuorum: idemque Cina quartum conſul ab exercitu ſuo interfectus eſt. Interea reſidui ſenatorum: qui potentiam Cinnæ & Marii crudelitatē: iſaniā Fimbriæ: Sertoriiq; audaciam fuga euaſerant: tranſuecti i Græciam coegere precibus Syllam: ut periclitanti imo iam pene perditæ patriæ opem ferret Igitur Sylla mox ut Campanum littus attigit: Norbanum cōſulem prælio oppreſſit. vii.milia tunc Romanorum Romani interfecerunt. ſex milia eorundem ab iiſdem capta ſunt. c.xxiiii.de Syllana parte ceciderunt. Fuluius uero Hadrianus: cui iperium pro prætore erat: regnum Aphricæ ſeruorum manu affectans a dominis eorum apud Vticam congeſtis ſarmentis cum omni familia incenſus eſt. Damaſippus prætor incentore Mario conſule Quintum Scæuolam: Gaium Carbonem: & Lucium Domitium: Publium Antiſtium: in curiam quaſi ad conſultandum uocatos crudeliſſime occidit. Corpora iterfectorum p carnifices unco tracta: atque in Tyberim miſſa ſunt. Eodem tempore Syllæ duces plura prælia aduerſus marianas partes iſœliciſſima fœ-

Cinna conſul

licitate gesserūt. Nā & Quītus metellus Charinatis copias cecidit. & castra puasit. & Gneus Pōpeius Carbonis equitatū grauiter trucidauit. syllæ etiā & marii adolescentis maximū tūc prælium apud sacriportū fuit: i quo de exercitu marii cæsa sūt. xxv. milia sicut Claudius scribit. Pōpeius Carbonē etiā castris exuit. fugiētemq; isecutus nūc cædēdo: nūc ad deditionē cogendo plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbani agmen oppressit: ubi. ix. milia marianæ partis occisa sūt. Lucullus cū a Quītio obsideretur: erupit: & repentina pugna obsessorē deleuit exercitū. Nā plus q̄. x. milia ibi tūc cæsa referunt. Sylla deide cū Cāpaninio sānitū duce & Charinatis reliqs copiis ante ipsā urbē portāque collinā ad horā diei nonā signa contulit. grauissimoq; prælio tandem uicit. lxxx. milia hominū ibi fusa dicunt. xi. milia sese dediderunt. reliquā multitudinē i fugā uersam isatiabilis uictoꝶ ciuiū ira cōsumpsit.

Claudius scriptor.

Sylle victoria.

Sylla urbem itrauit. multosq; interfecit & proscripsit.

Ylla mox ut urbē uictor itrauit. iii. milia hominū q se p legatos dediderāt: cōtra fas cōtraq; fidē datā inermes securosque iterfecit. Plurimi tunc quoque: ut non dicā inocētes: sed etiā ipsius syllanæ partis occisi sūt: quos fuisse plus q̄. ix. milia ferūt: ita libere p urbē cædes pcussoribus passim uagātibus ut quenq; uel ira uel præda sollicitabat: agitabat. Igit cunctis iam: quod singuli timebant: aperta fronte timentibus: Quītus catulus Syllæ dixit. cum quibus tandem uicturi sumus: si in bello armatos: in pace inermes occidimus? Tunc Sylla auctore Lucio Fursidio primipilari primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit.

Sylla dictaturam adeptus est.

Rima proscriptio. lxxx. M. hominum fuit: in quibus quatuor cōsulares erāt Carbo Marius Norbanus & Scipio: iter eosq; Sertorius tunc maxime ptimescēdus. Itē alia cū. d. nominibus ꝑposita est: quā cū Lollius qppe securus: nīhilq; sibi cōscius legeret: ubi suū repēte nomē offendit: dū se trepidus adoperto capite foro subtrahit: iterfectus est. sed ne i ipsis quidē tabulis fides ac finis maloꝶ uidebatur Nanq; alios: quos ꝓscripserāt: iugulabāt. alios autē postq̄ iugulauerāt: ꝓscribebant. nec ipsius mortis erat uia simplex: aut una cōditio: ut i nece ciuiū saltē ius hostiū seruaret: q nihil uictis: præter uitā exigunt. Marcum Marium siquidē de caprili casa extractum uictri Sylla iussit. ductumq; trans Tiberim ad Luctacioꝶ sepulchꝶ effossis oculis: mēbrisque minuratim desectis: uel etiā fractis trucidari. Post hunc Publius Lectorius senator & Venuleius triumuir occisi. Marci marii caput Præneste est missum: quo uiso Gaius Marius ultima desperatione correptus: ubi a Lucrecio obsidebat: ne incideret i inimicoꝶ manus cum Telesino mutua morte cōcurrit. Dumq; uiolētius ipse i cōcurrētem manus adegit: circa suum uulnus manum pcutiētis hebetauit. Ita eo interfecto ipse leuiter uulneratus ceruicem seruo suo præbuit. charinatem prætorē Romanum Sylla iugulauit. Inde Præneste profectus omnes Marianæ militiæ principes hoc est legatos: quæstores: præfectos: & tribunos iussit occidi. Pompeius carbonem a cossura insula in Aegyptum fugere conātem in Siciliam ad se retractum & cōplures cum eo socios eius occidit. Sylla dictator creatus est: ut dānationis & crudelitatis libido honesti præcipuique nominis reuerentia & amaret & uelaret. Pompeius i Aphricā trāsgressus eruptione circa Vticam facta. x. &. ix. M. hominum iterfecit: quo bello

Domitius dux Marianus:dum īter primores pugnat:occisus est. Ideq̄ue Pompeius Hiertā Numidiæ regē psecutus:fugientem ab Vgode bocchi mauroꝝ regis filio spoliari oibus copiis fecit:quē cōtinuo Bullā reuersus tradito sibi oppido iterfecit.

Post bella ciuilia sonātibus undique belloꝝ fragoribus quatuor bella exurrexisse. Reatis itaque Publio Seruilio & Oppio Claudio consulibus Lucius Sylla est tandem priuatus:Hoc fine cōclusa sunt duo bella funestissima:sociale:Italicum:& Syllanum ciuile. Hæc per annos.x.tracta plus q̄.c.l.M.Romanorum consumpserunt.tātumque lectissimorum uirorum uernaculorumque militum hoc ciuili bello Roma perdidit:q̄tum in ea superiore tempore:cum se iam aduersum Alexandrum magnum circunspiceret:idiscretis ætatibus census inuenit. Præterea uiros consulares.xxiiii.prætores sex.ædilicios.lx.senatores fere.cc.absque innumeris totius Italiæ populis:qui passim sine consideratione deleti sunt. Quomodo neget quisq̄: si ualet:quin eodem damno suo uicerit Roma:quo amisit Italia. Prohpudor. Nunqd nam & hic comparatione ambigua egent tempora? Immo uel maxime inquiunt. Nā quid tam apte:q̄ bellis ciuilibus bella ciuilia comparantur? An forte dicetur:etiam in his temporibus bella ciuilia non fuisse:quibus a nobis respōdebitur. Iustius quidem sotialia uocari oportere.sed nobis proficere si ciuilia nominentur. Tunc enim causis uocabulisque ac studiis paria docentur omnia:dum sibi in his tanto plus uindicat reuerentia christianæ religionis quāto minus præsumpserit ira uictoris. Nam cum plærunque improbi tyranni temere inuadentes rempublicam:usurpatoque regio statu: Romani imperii corpus abruperint:atque ex eo bella uel per se iniusta importarint: uel in se iusta commouerint:Britannis Gallisque populis erecti & instructi hæc bella, q̄tum externis proxima:tantum longinqua ciuibus: quid nisi socialia iure uocitentur cum ipsi Romani Sertorii quidem:aut Perpennæ:aut Crassi:aut Spartaci bella ciuilia uspiam nominarint. In tali ergo uel defectu:uel duellione sociorum minore nunc utique inuidia laboraret:si fortassis existeret uel grauis pugna:uel cruenta uictoria. Verun tamen cum in hisce temporibus omnia plus necessitatis afferāt:& minus pudoris:hoc est causa:pugna:uictoria.uel extinguenda insolentia tyrānorum:uel pro cohibendo sociorum defectu:uel pro inurendo ultionis exemplo:cui tādem dubium est quanto nunc mitius:quantoque clementius excitata:ut dicunt.bella ciuilia geruntur immo reprimuntur. Quis enim unum ciuile bellum per decem annos his temporibus agitatum audierit? Quis uno bello.c.l.M.hominum uel hostium ab hostibus: ut non dicam ciuium a ciuibus cæsa meminerit? Quis illam quā explicare longum est:optimorum atque illustrium uirorum multitudinem trucidari i pace cognouerit? Postremo q illas ifames iterficiendoꝝ tabulas tenuerit? legerit? senserit? ac non potius omnibus notum sit:una cunctos pace compositos atque eadem salute securos uictos uictoresque pariter communi exultasse lætitia:ac etiam in tantis totius imperii Romani prouinciis urbibus ac populis uix paucos aliquando extitisse quod iusta ultio inuito etiā uictore damnarit? Et ut uerbis uerba non onerem: non temere dixerim tantam uel in bello saltem extinctam modo fuisse gregariorum militum manum:quāta tūc cæsa est in pace nobilium. Igitur Sylla mortuo Lepidus Marianæ partis assertor aduersus Catulū Syllanū ducē surgens rediuiuos belloꝝ ciuiliū cineres suscitauit. Bis

tūc acie certatū est. Plurimi romanoꝝ iā ipsa paucitate miseroꝝ: & adhuc illo furore īsanientium cæsi sunt. Albanoꝝ ciuitas obsidione oppugnata atq; excruciata fame: ultima miserabiliū reliquiaꝝ deditione seruata est. Ibi tunc Scipio Lepidi filius captus atq; occisus est. Brutus ī cisalpinā Galliā fugiēs: psequēte Pōpeio apud Regiū interfectus est. Ita hoc bellū ciuile nō magis clæmētia Catuli: q̄ tedio Syllanæ crudelitatis: ut ignis in stipula eadem cæleritate qua exarsit: euanuit. Anno ab urbe condita .dc. lxxiii. sonantibus undique bellorum fragoribus: quorū unum in Hispania erat: aliud in Pamphilia: in Macedonia tertium: quartum in Dalmatia exanguis adhuc atque exhausta intestina pernicie: tanq̄ febribus Romana Respublica: propulsare armis occidētis septētrionisque fortissimas gentes cogebatur. Sertorius siquidem uir dolo atque audacia potens: cum partium marianarum fuisset Syllam fugiens ex Aphrica dilapsus in Hispaniam bellacissimas ferocissimasque gentes in arma ex armis excitauit. Aduersus hunc ut breuiter definiam duo duces missi Metellus & Domitius: quorum Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cum exercitu oppressus est. Manilius pro consul e Gallia ī Hispaniam cum tribus legionibus &. M.d. equitibus trāsgressus iniquam cum Hirtuleio pugnam conseruit: a quo castris copiisque nudatus in oppidū Hilerdam pene solus refugit. Metellus multis præliis fatigatus per deuia oberrans hostem mora fatigabat: donec Pompeii castris consociaretur. Pompeius contracto apud Polentiam exercitu Lauronem ciuitatem: quam tūc Sertorius oppugnabat frustra conatus defendere: uictus aufugit. Sertorius superato fugatoque Pompeio Lauronem captam cruentissime depopulatus est: reliquum agmen Lauronensium: quod cædibus superfuerat: miserabiliter in Lusitaniam captiuitatem traduxit. Pompeium autem hoc est illum Romanorum ducem a se uictum fuisse gloriatus est: quem magna præditum fiducia ad hoc bellum non pro consule: sed pro consulibus Roma misisset. Fuisse tunc Pompeio .xxx. milia peditum & mille equites Galba scribit. Sertorium autem .lx. milia peditum. octo milia equitum habuisse commemorat. Postea uero Hirtuleius cum Metello congressus apud Attalicam Bethycæ urbem .xx. M. militum perdidit: uictusque in Lusitaniam cum paucis refugit. Pompeius Belgidam nobilem Celtiberiæ urbem cæpit. Sertorius cum Pompeio deinde congressus .x. M. militum eius interfecit. Ex alio cornu uincente Pompeio tantundem pene ipse perdidit. Multa īter eos præterea prælia gesta sunt. Memmius quæstor Pompeii idemque uir sororis eius occisus est. Hirtuleii fratres interfecti. Perpenna: qui se Sertorio iunxerat comminutus est. Postremo ipse Sertorius .x. demum anno belli inchoati iisdem: quibus & Viriatus suorum dolis interfectus finem bello fecit. Romanisque uictoriam sine gloria dedit: q̄uis Perpennam postea pars exercitus eius secuta sit: qui a Pompeio uictus cum uniuerso exercitu suo interfectus est. Ciuitatibus uero cunctis ultro ac sine mora per deditionem receptis duæ tantum restiterunt: hoc est Vximia & Caliguꝝ: quaꝝ Vximiam Pompeius euertit. Caligurum Afrānius iugi obsidione cōfectā. atq; ad ifames escas miserāda iopia coactā ultimo cæde icēdioq; deleuit. Percussores Sertorii præmium ne petēdū quidē a Romanis esse duxerūt: quippe qui meminissent antea Viriati percussoribus denegatum. Et q̄uis nullo tūc præmio patrauerint roma-

Pugna et Victoria Sertorii aduersus Pompeium.

Galba scriptor.

Perpenna a Pompeio victus atq; interfectus.

hispaniae laus.

nā securitatē:tamē fide fortis ac uiribus semper Hispania:cū optimos iuictissimosq; reges reipublicæ dederit:nullū unq̄ tyrānorum ab initio usq; i hodiernū diē uel de se editum misit:uel in se extrinsecus incurrentem uiuum:potentemue dimisit.

De bello Macedonico.

horridū dictu et auditu.

Nterea Macedonicū bellū Claudius sortitus uarias gētes quæ Rhodopeiis mōtibus circūfusæ sunt:ac tūc Macedoniā crudelissime populabant̄.nā iter cætera dictu audituq; horrida:quæ ī captiuos agebāt:raptis cū poculo opus esset:romanorum capitū ossibus:cruētis:capillatisq; adhuc:ac p interiores cauernas male effosso cerebro oblitis:auide ac sine horrore:tanq̄ ueris poculis utebant̄:quorum cruentissima atq; imanissima corda sciuerāt.Has itaq; ut dixi:claudius Macedoniæ pellere finibus bello attentauit:magnisque se malorum molibus obiecit:unde cum hæc animo gereret curis circunseptus morbo isuper correptus interiit: Huius successor Scribonius attemptatarum superiore bello gentium uim declinans:in Dardaniam arma conuertit:eamque superauit.

De suscepto bello orientis.

Vblius uero Seruilius ex consule ciliciā & Pamphiliā crudelissime adortus dū subdere studet:pene deleuit.Lyciā & urbes eius obsessas:oppressasq; cæpit.præterea Olympū mōtē puagatus Phasidē euertit.Corycū diruit.Tauri quoq; mōtis latera in ciliciā uergētia perscrutatos Isauros bello confractos in deditionem redegit.primusque romanorum per Taurum duxit exercitum.ac limitem itineris fecit.Triennio emenso:quo bellum gestum est:Isaurici nomen assumpsit. Cosconius proconsul sortitus Illyricum:protrita subactaq; Dalmatia: Salonas urbem florentissimam post biennium tandem expugnauit & cæpit.

Gladiatores Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugisse.

Nno ab urbe cōdita.dc.lxxix.Lucullo & Cassio cōsulibus gladiatores.lxiiii. Capuæ a ludo Gnei Lētuli diffugerūt:q cōtinuo ducibus Crisso & Inomao Gallis:& Sparthaco Thrace Vesuuiū mōtē occuparūt:unde eruūpētes Clodii prætoris:q eos obsidione cīxerat:castra expugnarūt.Ipsoq; i fugā acto cūcta i prædā uerterūt.Inde p Cōsētiā & Metapōtū circūducti igētia breui agmina collegerūt Nā Crisso.x.M.multitudo.Sparthaco aūt triplex tūc numerus fuisse fert̄.Inomaus enim iā superiore bello fuerat occisus.Itaq; cū cædibus icēdiis rapinis stuprisq; oia miscerēt:i exeqis matronæ captiuæ:quæ se dolore uiolati pudoris necauerat:munus gladiatoriū ex.cccc.captiuis scilicet:q spectādi fuerant:spectaturi:utpote lanistæ gladiatorum potius q̄ militū pricipes ediderūt.Deide cōsules Gelius & Lētulus aduersus eos cū exercitu missi:quorum Gelius Crissū acerrime pugnātē prælio oppressit Lētulus a Sparthaco superatus aufugit. Post etiam collatis frustra ambo cōsules copiis accepta graui clade fugerūt.Dehinc Gaium Cassium procōsulem idem Sparthacus oppressum bello interfecit.Itaque exterrita ciuitate non minore propemodum metu:q̄ sub Hannibale circa portas fremente trepidauerat: senatus Crassum cum legionibus consulū nouoq; supplemento militum misit:Is mox:ut fugitiuorum pugnā iniit.sex.M.eorum iterfecit.dcccc.uero cæpit.Inde prius q̄ ipsum Sparthacum ad caput Silari fluminis castra metantem bello aggrederetur.Gallos auxiliatores eius: Germanosq; supera-

matrona captiua dolore violati pudoris se necauit.

Sparthacus.

uit:e qbus.xxx.milia hominū cū ipsis ducibus occidit. Nouissime uero ipsum Spartacū disposita acie cōgressum:& maximas cū eo fugitiuorum copias perculit. Nam.lx. M.eorum cæsa.sex milia capta referūtur.iii.M.ciuiū Romanorum recepta sunt. Cæteri q ex hoc bello lapsi oberrabāt per complures duces frequēti idagine attriti sunt. At ego iterum ac sæpius repeto. Nūquid nā & hic cōparatione aliqua egēt tēpora? Quis rogo audire nō horreat.nō dicā bella talia.sed uel nomina tāta bellorum externa:ciuilia:socialia:ciuilia:fugitiuorum:quæ nec sic saltē sese ut cōmoti maris fluctus:quis molibus magnis sequūtur:sed undiq; diuersis causis:uocabulis:formis:malisq; excitata:coaceruataq; cōcurrūt? Vt e pximo repetā:& ifame illud seruile prætereā. Iugurthinū bellum nōdū adhuc ab Aphrico detonuerat:& iā Cimbricū a Circio fulminabat. De Cimbricis illis nubibus adhuc fœdi uastiq; torrētes effusi sanguinis agebant:& iam socialis belli nebulas ī magna cōtinuo malorum nubila coituras misera exhalabat Italia. Adhuc uero post ifinitā crebrāq; Italici belli tēpestatem discurri tuto per Italiā minime poterat. Ita omnes absq; illis periculosissimis inimicarum urbiū uoraginibus dissoluta ac lubrica pace titubabāt. Iā sibi Marianū atq; Syllanum Roma parturiebat excidiū:& aliud e diuerso oriens atq; aquilo hoc est Mithridaticum minabatur: quod quidem Mithridaticum a superioribus cœptum:porro in ulteriora porrigitur. De Mariana face rogus Syllanæ cladis accensus est. de isto rogo funestissimo Syllani & ciuilis belli per plurimas terrarum partes ardentes sudes sparsi sunt multaq; incendia ex uno fomite diffuderunt. Nam Lepidus & Scipio in Italia. Brutus ī Gallia. Domitius Cinnæ generi Aphrica. Carbo ī Cossura & Sicilia. Perpenna in Liguria. & post cum Sertorio in Hispania:omniumque atrocissimus Sertorius in eadem Hispania hæc tunc ciuilia.uel quo alio dicenda sunt nomine bella excitantes:de uno multa:de minimo magna fecerunt absq; illis tribus uastissimis bellis:quæ tunc externa uocabant hoc est Pāphilico. Macedonico atq; Dalmatico:dissimulato etiā magno illo Mithridatico lōge oīum diuturnissimo:īfestissimo:ac formidolosissimo:deīde adhuc Hispaniēsi sertoriano nōdū finito:īmo adhuc ipso uiuēte sertorio hoc fugitiuorum:& ut uerius dicā gladiatorum bellū īhorruit:iā nō spectādū paucis:sed ubiq; metuēdū. Quod qa fugitiuorum bellum dicitur:nemini uile habeatur ex nomine. Sæpe in eo singuli & aliquando simul cum agminibus frustra iunctis ambo consules uicti sunt:plurimiq; nobiles trucidati:ipsi autem fugitiui plusq̄.c.M.fuere:quæ cæsi sunt. Ex quo admonemus:ut ipsa consoletur se Italia de uexatione externorum præsentium per recordationem præteritorum. Exeatque in seipsam:nec putet se incōparabiliter crudelius dilacerari. Quamobrem huic quinto uolumini iam finem fecerim:ut bella ciuilia externis ubiq; permixta uel quæ dicta sunt:uel etiam quæ sequuntur:quia sic sibi serie temporum & malis sequacibus cohæserunt:libri saltem termino separentur.

An pterita tempora psentibus comparari valeant.

fugitiui plus q̄ centū millia

Pauli Orosii uiri doctissimi in sextum historiarum librum prologus.

MNES homines cuiuslibet uel sectæ uel patriæ:uel uitæ ita semper ad prospectum prudentiæ naturali bono eriguntur:ut oblectamento corporis rationale mentis & si non actu præferant:iudicio tamen præferendum sciant: Quæ mens ratione duce illustrata in medio uirtutum:quibus genuino fauore quis uitiis inclinetur

assurgit:sciētiā dei quasi arcē ꝓspicit.Deū enim q̄libet hominū ad tēpus cōtēnere potest:nescire ī totū nō potest.Vnde qdā dū ī multis diis credūt:multos idiscreto timore finxerūt.Sed hinc iā uel maxime cū auctoritate ueritatis operāte:tūc etiā ipsa ratione discutiēte discessum est.Quippe & philosophi eoꝝ.ut de nostris sanctis sileā:dū itēto mētis studio quærūt:scrutāturq; oia:unū deū auctorē oium reppererūt:ad quē unū oia referunt.Vnde etiā nūc pagani quos iā declarata ueritas de cōtumacia magis q̄ de ignorātia cōuincit:cū a nobis discutiunt:non se plures deos sequi:sed sub uno deo magno plures ministros uenerari fatent.Restat igit de itelligentia ueri dei p multas intelligendi suspitiones confusa dissensio:quia de uno deo omnium pene una opinio est.Hucusq; humana scrutatio tametsi cum labore patuit.at ubi ratiocinatio deficit: fides subuenit.Nisi enim crediderimus:non intelligemus.Ab ipso audias:ipsique deo credas:quod uerum uelis scire de deo.

Hic dicit:quomodo deus ex nihilo fecit īperiū Romanum idest ex pastoribus

Taq; idē unus & uerus deus:in quē oīs:ut diximus: & si ex diuersis opinionibus secta cōcurrit:mutās regna & disponēs tempora:peccata quoq; puniens: quæ īfirma sunt mūdi elegit:ut confundat fortia:romanūq; īperiū assumpto pastore pauperrimi status fundauit.Hoc p reges & cōsules diu prouectū postq̄ Asiæ Aphricæ atq; Europæ potitū est:ad unū īperatorē eūdēq; fortissimū cūcta sua ordinatione cōgessit.Sub hoc īperatore.quē oēs fere gētes amore & timore permixto iuste honorarēt:deus uerus:q superstitione sollicita ab ignorātibus colebat:magnū illum itelligētiæ suæ fontē aperuit ꝓmptiusq; per hominē docturus homines:filiū suū misit operantē uirtutes:quæ præcellerēt hominē:coarguētemq; dæmonas:quos aliqui deos putauissent:ut quia ipsi tanq̄ homini nō credidissent:operibus tanq̄ dei crederēt: deinde ut ī magno silētio ac pace latissima īoffense & celeriter noui nominis gloria: & anūciatæ salutis uelox fama percurreret:uel etiā:ut discipuli eius per diuersas gētes eūtibus:ultroq; per cūctos salutis dona offerētibus obeūdi ac disserēdi q̄ppe cū Romanis ciuibus:īter ciues romanos esset tuta libertas:Quod ideo cōmemorādum putaui: q̄a hic sextus libellus usq; ad Cæsarē Augustū:de quo hæc dicunt:extēdit.Quod si aliqui hanc lucidissimam rationem irritam putant:suisque diis potius assignāt:quos primum prudentia elegerint.dein præcipuo cultu inuitarint:ut si per eos amplissimum hoc pulcherrimumque imperium concederetur:Sic enim iactitant:quod ipsi optimo genere sacrorum meruerint præcipuum deorum fauorem quibus ademptis uel prætermissis discesserint omnes adytis arisque relictis dii: quibus imperium hoc steterat.Vnde q̄uis reuerentia sanctitatis tuæ multa fortissime uerissimeque dissenuerit:tamen & mihi locus exigit:ut pauca subiiciam. Si romani colendo deos emeruerunt fauorem deorum:& non colendo amiserunt:ut ipse Romulus parens Romæ inter tot mala ab ipso ortu suo ingruentia saluus esset:colendo quis meruit? An Amulius auus qui eum exposuit ad necem? An pater:qui incertus fuit? An Rhea mater stupri rea? An Albani parentes: ipsa quoque ub initio romani nominis germina persequentes? An tota Italia: quæ per.cccc.annos dum audere potuit: excidio eius inhiauit? Non inquiunt.sed dii ipsi:quia se colendos sciebant:futuros custodiere cultores.Ergo præscii sunt.Si ergo præscii sunt:cur hoc iperium iter tot annorum sæ-

cula eo potiſſimū tēpore ad ſummā potētiæ arcē pduxerūt:quo ille naſci īter hoīes atq; agnoſci ut homo uoluit:poſt cuius nomē & ipſi ꝓ nihilo cōtēpti ſunt:& cū uniuerſo mūdo etiā illi quos ipſi ꝓuexerāt cucurrerūt. Sed humiliter obrepſit iquiūt & latēter itrauit. Latētis & humilis unde tā cælebris fama? Tā idubitata fides? Tā manifeſta potētia? Signis qbuſdā & uirtutibus mētes hoīum ſupſtitōe ſollicitas cæpit & tenuit? Ad hæc ſi potuit homo:dii magis poſſe debuerūt. An qa ille hāc potētiā a patre ſibi traditā prædicabat:puētū eſt aliquādo ad itelligētiā illius noti & ignoti dei:quam apprehēdere:ut dixi:nemo niſi p ipſum poteſt? Nec qſq̄ poteſt:niſi qui toto ſe deſpecto:ac pſpecto cōuerſus ad ſapiētiā dei oēm quærēdi ratiocinationē trāſtulerit ad credēdi fidē. Verūtamē breuiter diſcutio. Dii iſti:quos tātos ferunt ut romanā rēpublicā & ꝓpicii ꝓuexiſſe:& aduerſi afflixiſſe uideant̄:eo certo tēpore:qđ palam cōſtat:quo naſci chriſtus uoluit:& annūciari gētibus cœpit:deuotiſſime atq; itētiſſime colebāt̄? Ita illi cōſulētes & ſibi & cultoribus ſuis:nō potuerunt repellere:uel reprimere ſupſtitionē eius:ꝓpter quam ſpernēdos ſe cultoreſq; ſuos deſtituēdos uiderēt:q̄q̄ ſi ab iuitis dāda uenia:nec deſperādi fuerunt:ſi a uoluntariis ſeruāda præſciētia.nec prius fuerāt adiuuādi. Hoc factum eſt iquiunt. Nā excitauimus gētes:accēdimus reges.iſtituimus leges.diſpoſuimus iudices.præparauimus pœnas ſuppliciis & crucibus: orbē totum ſcrutati ſumus:ſiquo modo tādē chriſtianū nomē & cultus de uniuerſo mūdo poſſet abradi. Hoc eatenus eſt factū:donec fœcūda crudelitas eouſq; iter tormēta ac per tormēta ꝓficeret:q̄diu ipſum regiū culmē per quod ſolū ꝓhiberi potuerat:occuparet. Et qđ poſtea cōſecutū eſt? Imperatores iquiunt chriſtiani ceſſare ſacra:& claudi templa iuſſerūt:atq; ideo exceſſere oēs adytis ariſq; relictis dii:qbus iperium hoc ſteterat. O quāta & q̄ ioffenſa lux ueritatis ē:ſi nō aduerſus eā ultro ſeſe offerētē ibecilli iſœliciter oculi clauderentur. Si chriſtiana fides per multa retro tempora ſæuientibus undiq; aduerſum ſe gentibus.regibus.legibus.cædibus.cruciatibus:ac mortibus reprimi nullo modo potuit.immo ut dixi:inter hæc & per hæc creuit.cultus autem idolorum iam quodammodo ex ſe deficiens ac ſibi erubeſcens ad unam clementiſſimam iuſſionem ſine ullo pœnali terrore ceſſauit:cui dubium eſt hoc per iſtius intelligentiæ demonſtrationem de creatore ſuo tandem innotuiſſe creaturæ:quem illa eatenus per uarias ratiocinatiōes mentis intentæ q̄libet aliis offuſcata quæſierit:ac per hoc ſtatim amori eius quem etiam ignorās dilexerat:inhæſiſſe? Nec igitur mirum eſt:ſi i magna familia iueniunt̄ aliq ſerui:q cōſuetudine:laſciuiaq; ſeductoꝶ aſſuefacti patiētia domini ſui ad contemptum ipſius abutantur:unde & merito deus uel ingratos:uel incredulos:uel etiam contumaces uariis correptionibus arguit. Quod ſemper utique fatendum eſt:tunc tamen præcipue quando adhuc per uniuerſum mundum nulla erat eccleſia:quæ interuentu fidelium precum meritas mundi pœnas:iuſtumque iudicium dei exorata ipſius clementia temperaret:unde etiam hæc:quæ mala hominibus uidentur qualiacunque ſint grauiora ſine dubio omnia fuerunt:ſicut ipſo ordine: quo cœpta ſunt probabuntur. Bellum Mithridaticum:uel ut uerius dicam:belli mithridatici clades multas ſecum iuoluens prouincias tracta & protenta per.xl.annos fuit. Nam.dc.lxi.ut dixi anno ab urbe condita:quo etiam primum ciuile bellum cœperat inardeſcere: conſulatu uero Ciceronis & Antonii:ut uerbis poetæ optimi

de creatore suo tandem innotuit creaturae

loquar:barbarico uix cōſūmata ueneno eſt.Sed ī his tēporibus.xxx.gerēdi belli īueniuntur anni.qualiter autem.xl.a plærisq; dicti ſint:nō facile diſcernitur.

Nicomedes Bithynie rex.

Hic dicit de Mithridate rege Ponti atque Armeniæ.

Git Mithridates rex Pōti atq; Armeniæ poſtq̄ Nicomedē Bithyniæ regem amicū populi romani regno priuare molitus eſt: atq; a ſenatu monitus:ſi facere tētaret bellū ſibi a populo romano īferēdū fore:iratus Cappadociā cōtinuo puaſit atq; expulſo ab ea Ariobarzane rege cūctā puīciā igni ferroq; uaſtauit Bithyniā deīde pari clade corripuit:Paphlagoniam ſimili exitu afflixit:pulſus ex ea Philomene & Nicomede regibus.Poſt cū ueniſſet Epheſum:crudeli præcepit edicto ut per totā Aſiā qcūq; iuēti eſſent ciues romani ſub una die oēs necarent.& factū eſt Nec explicari aut cōprehēdi ullo modo uerbis poteſt:quæ tūc multitudo romanoꝝ ciuium cæſa ſit:qs mœror plurimaꝝ puīciaꝝ:qs gemitus occidēdoꝝ pariter atq; occidētium fuerit:cum ſinguli quiq; aut pdere īnocētes hoſpites:& amicos:aut ipſi periclitari pœna hoſpitum cogerent.Archelaus quoque dux Mithridatis cum.cxx.M. peditum atque eqtum in Achaiā præmiſſus:athenas cunctāque græciā partim ui: partim deditione obtinuit.Sylla cui poſt cōſulatū mithridaticū bellū obuenerat.Archelaū apud Pyræū Athenienſiū portū ſeptēplici muro cōmūnitū diu obſedit.Ipſam Atheniēſiū urbē ui cæpit:ac poſtea iuſto prælio cū Archelao cōflixit.Cētum &.x.milia de exercitu Archelai iterfecta.uix.x.milia ſuperfuiſſe referūtur.Cōperta clade mithridatis lectiſſima.lxx.M.militū Archelao ī ſubſidiū miſit ex Aſia.Secūdo prælio ex his.l.M.iterfecta ſunt.ibiq; Diogenes Archelai filius trucidatus eſt.Tertio bello oēs copiæ quas Archelaus habebat extīctæ ſunt.Nā.xx.M.militū eius ī paludē pulſa cū Syllæ fidē iplorarēt:īſatiabili uictoris ira iterfecta ſunt:totidēq; alia ī flumē coacta ac necata.reliq miſeroꝝ paſſim trucidati ſūt.Porro aūt Mithridates ī Aſia nobiliſſimarum urbium principes occidere:bonaque eorum publicare animo ītenderat. Cumq; iam.M.dc.ita interfeciſſet Epheſii exemplum uerentes excluſo præſidio ei portas obiecerunt.Similiter Smyrnæi.Sardi.Colophonii.Trallianiq; fecerunt. Perturbatus Mithridates per Archelaum ducem ſuum cum Sylla de pace pepigit.Interea Fimbria marianorum ſcelerum ſatelles homo omnium audaciſſimus Flaccū cōſulē: cui legatus ierat apud nicomediā occidit:ac mox arrepto exercitu mithridatis filium ex Aſia ad Miletopolim fugans ſtationem regis inuadit.ipſumque Pergamo pellit. fugientemque inſecutus apud Pitanam obſedit:& profecto cepiſſet:ſi Lucius Lucullus ciuilibus diſcordiis curam reipublicæ prætuliſſet:Cumque eum mari coartare obiecta claſſe uoluiſſet:ab Ilienſibus repulſus eſt.Inde Fimbria Ilienſibus iratus a quibus pro Syllanæ partis ſtudio obiectu portarum repulſus uidebatur:ipſam urbem Iliū antiquam illam Romæ parentem funditus cæde incendioque deleuit.Sed eam Sylla continuo reformauit. Idem Fimbria apud Thiatyram cum exercitu Syllæ obſideretur :deſperatione adactus:in templo Aeſculapii manu ſua interfectus eſt. Fannius & Magnus de exercitu Fimbiæ profugi Mithridati ſeſe adiunxerunt : quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hiſpaniam miſſos: fœdus pepigit. Sertorius uero ad eum marcum marium firmandi fœderis cauſa miſit. Quem rex apud ſe retētū breui ducem fecit in locum Archelai:qui ſe ad Syllam cum uxore libe

Ariobarzanes rex Cappadocie

Philomenes rex Paphlagonie

Archelaus dux Mithridatis

Fimbria omnium audacissimus.

Ilium urbem phrygie.

risq; cōtulerat:Marius et eumachus duces a mithridate aduersus lucullū missi:magno exercitu breui congregato:cū publio rutilio apud calcedoniam congressi sunt:eūq; cū plurima exercitus ipsius parte ceciderūt.Lucullus mithridatē Cyzicenos obsidētē fossa cinxit:eumq; quod faciebat pati compulit:atq; ad ipsos cyzicenos:ut bono animo essent nuncium misit unum ex militibus nandi peritū:q duobus utribus suspēsus medius ipse regulā tenēs:plantisq; subremigās septē millia passuū trāsmeauit. Mithridates inopia laborans partē copiarū instructā armis domū abire præcepit:quā lucullus excipiēs uniuersam disperdit.Nā amplius quindecī millia hoīum tūc interfecisse narratur.Tūc etiā fannius q se mithridati iunxerat & metophanes regius prætor a mamercho uicti cum duobus.M.eqtū ī mesiā profugerūt.Atq; inde in niconiā digressi ī colles cāposq; & in heremos inciderūt:ubi nō solū mōtes usti:uel saxa quasi quadā fuligine offuscata cernūtur.uerū etiā campi ambusto solo squalidi per quinquagīta passuum sine ullo ignis uel fornacis indicio & pēdulo in profūdū cinere putres iacēt.Tribus etiā locis torridæ uoragines ostendūtur:quas græci phisas uocāt.In quibus dum oberrantes inopinatis tandem periculis redēpti sunt:& clam ī regis castra uenerūt. Deiotarus rex gallogræciæ præfectos regis bello trucidauit.Interea mithridates apud cyzicū eadē mora:qua obsidebat:obsessus in magnā penuriā pestilētiāq; exercitū suū coartauit.Nā plus q̄ tercenta millia hominū fame & morbo in eadem obsidione amisisse fertur:ipse cū paucis arrepta naui clā fugit e castris.Lucullus icruento milite spectator cladis alienæ nouū genus uictoriæ adeptus est:moxq; marium adortus uicit atq; fugauit. In quo prælio plus q̄ undeci millia marianorū militū interfecta referuntur.Lucullus postea cū eodē mario nauali prælio congressus.xxx.& quinq; naues regias:& cōplures onerarias aut demersit aut cæpit.Multi ibi ex his quos Sylla proscripserat:interēpti sunt. Marius postera die de spelūca ubi latebat extractus:imeritas hostilis animi pœnas luit.Eodem uero lucullus īpetu apameā uastauit:& sub monte olympo prius Athan munitissimā ciuitatē captā expugnatāq; diripuit.Mithridates aduersus byzantiū instructa classe nauigans tempestate correptus.lxxx.rostratas naues pdidit.Ipse cum quassata iā naui mergeretur in myoparonē seleuci piratæ:ipso pirata iuuante transiluit.Inde Sinopen: ac postea mison cū magna difficultate peruenit. Hic dicit de catilina ubi de icesto accusatus ē.

Odē āno apud romā Catilina incesti accusatus:q cū Fabia uirgine uestali stuprum cōmisisse arguebatur:Catuli gratia fultus euasit. Lucullus sinopen expugnaturus obsederat.Hāc seleucus archipirata & leocares spado:qui præsidii causa præerat:expoliatā atq; incēsam reliquerūt.Lucullus miserorū hostiū intestina clade permotus celeri occursu immissū retrixit incendiū.Ita misera ciuitas uersa uice hostium sociorūq;:unde defendenda disperdita:& unde disperdēda seruata ē. At uero marcus lucullus q curioni ī macedonia successerat:totā bessarum gentē bello appetitam in deditionem recæpit.Eodem tempore metellus prætor siciliæ:cū fœdissima illa Gaii uerris prætura siciliā afflictam iuenisset:maxime pergamenone archipirata nefariis prædis & cædibus dilacerāte:qui pulsa classe romana:syracusanum portū obtinuerat:mox eum nauali terrestriq; prælio cōminutū sicilia decedere cōpulit.Præterea lucullus trāsgressus Euphratē & tigrim apud tigrano certam urbē cū mithridate & tigrane cōgressus:paruissima suorum manu magnū hostium numerū occidit.Nā.xxx.millia homi-

no peritiam militis in natando

Deiotarus rex gallogreci

num i eo bello cæsa referũtur. Tigranes uix. cl. equitibus comitatus aufugit: diademate & tiara ne agnosceretur abiectis. Tunc ad lucullũ totius pene orientis supplices uenere legati. Imminẽte hieme p armeniã in mesopotamiã regressus: Nisibin urbẽ illis i locis tũc iclytã expugnauit & cæpit.

Hic dicit ubi p oĩa maria piratæ se diffuderũt.

Isdẽ diebus piratæ per oĩa sparsi maria etiã non tãtũ intercipiẽtes nauiũ cõmeatus: sed etiã insulas prouinciasq; uastãtes ĩpunitate sceleris: & auiditate prædæ uulgo sese associãtes in immensum augebãtur. Quos Gneus pompeius post multã quidẽ uastationẽ: quã terra mariq; diu egerãt: mira tãdẽ celeritate cõpressit. Eodem tẽpore cretã insulã p bieniũ metellus euertit: diuturnoq; bello domitã in potestatẽ redegit: legesq; minois romanis legibus permutauit. Pompeius postea successor Luculli in minori armenia iuxta mõtẽ dastracũ castra regis obsidione cõclusit. Rex cũ oĩbus copiis eruptione p noctẽ facta insuper etiã psequentes bello repellere statuit. Pompeius fugientes psequi intẽdit. Itaq; bellũ nocte cõmissum ẽ. Luna tunc orta a tergo romanis erat. Regii longitudine umbrarũ proximitatẽ hostiũ rati cuncta ĩ irritũ tela fuderũt. Romani ueluti inermes postea aggressi sine labore uicerũt. Nãq; de exercitu regio. xl. M. cæsa uel capta sunt: romani uulnerati. M. uix aũt. xl. interfecti. Rex iter tumultus belli fuga lapsus adiutus etiam beneficio sub lustris noctis euasit: relictusq; ab oĩbus amicis philosophis: scriptoribus rerum uel carminũ ac medicis solus p deuia æquũ manu trahens: atq; ad oẽs nocturnos strepitus trepidãs: in quoddã castellũ diuertit: atq; inde ĩ armeniã perrexit. Pompeius regẽ insecuturus inter duo flumina: quæ ab uno mõte diuersis specubus exoriunt: hoc ẽ Euphratẽ & araxẽ urbẽ nicopolim senibus lixis & ægris uolẽtibus condidit. Orãti tigrani ueniã dedit. Exercitum hærodis albanorũ regis præfectosq; eius ter prælio uicit: postea epistolas hærodis & munera cũ albanis instauranda libẽter accæpit. Artacẽ regẽ hiberiæ bello fudit: totamq; hiberiã ĩ deditionẽ accæpit. Inde cũ Armeniã. Colchos. Cappadociã & Syriã ordinatis rebus cõposuisset: promouẽs de ponto in parthiã ad Hecbatanã urbẽ caput parthici regni. l. die uenit. In bosporo mithridate cærealia sacra cælebrãte: terræmotus adeo grauis repente exortus ẽ: ut magna clades ex eo urbiũ atq; agrorũ secuta narretur. Eodẽ tempore castor mithridatis præfectus: qui panagorio præerat: interfectis amicis regis: arcẽ occupauit: & quatuor mithridatis filios ad præsidia romana transmisit. Mithridates accẽsus ira ĩ scelera exarsit. Nã cõplures tunc amicos suos: & Exipodrum filiũ suũ interfecit: cũ antea iã aliũ homocharem parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius exẽplo fratrum territus exercitũ ad psequẽdũ se missũ sibi conciliauit: & mox aduersus patrẽ duxit

Hic dicit de fine uel exitu Mithridatis.

m Ithridates diu ex altissimo muro filiũ precatus: ubi ĩexorabilẽ uidit: moriturus exclamasse ferẽt. Quoniã pharnaces inqt: me mori iubet: uos si estis dii patrii: precor ut quandoq; & ipse hanc uocẽ a liberis suis audiat. Statiq; descẽdẽs ad uxores pellices: ac filias suas uenenũ oĩbus dedit. Quod cũ ipse nouissimus hausisset: nec tamen pptet remedia: qbus uitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat: ueneno confici posset: frustraq; spatiaretur: si quo tãdẽ modo infusa pestis per uenas uegetatione corporis acti discurreret: gallũ quẽdam militẽ iã fracto muro discurrẽtẽ inuitauit: eiq; iugulũ præbuit. Hũc exitũ mithridates habuit uitæ: nobisq; sentẽtiæ suæ fortissimũ argu

Gneus Pompeius.

Leges Minois

Pharnaces filius Mithridatis

mentum reliquit:homo oĩum ut fertur:superstitiosissimus:annos natus.lxxv.habẽs secum semp philosophos:oĩumq; artium peritissimos.Si estis inquit dii patrii. Ita ille diu colendo ac diu quærẽdo persenserat:hos non eẽ certos deos:qui eẽ putabantur.Rex multæ experiẽtiæ atq; æuo grauis uerũ deũ:ad cuius notitiam non nisi auditu per fidem ueniturnõ intelligebat.hos autem falsos eẽ rationis ipsius luce præuiderat:aliud consuetudini:aliud mẽti suæ tribuens.Si estis inqt dii:hoc dicere est:ego sentiẽs super hominem eẽ potentiorem ipso homine potestatem precandi necessitate motus commẽdo diligẽtiam & excuso ignorantiã meã.Inuoco qui est:dũ conuenio qui nõ est. Quapropter cũ dolore & timore considerãdũm:qua pœna:quoue iudicio digni erunt: qui contra interdictũ iã propalatæ & publicæ ueritatis eos sectantur & colũt deos:de quibus etiam illi iã tunc dubitare poterant:qui adhuc præter eosdẽ scire nihil poterant. Verũtamẽ breuiter cõsulo:qualia tũc toto orienti tempora uidebantur:cũ per.xl.annos miseræ nationes alternis tantorum ducum uastationibus terebantur.Cũ quæq; ciuitas tantis concursibus media ineuitabiliter periclitabatur:inde accẽsura alterũ:unde alterum temperasset:hoc mox habitura supplicii qđ remedii ad tempus habuisset:cũ trepidæ diuersarum prouinciarum legationes inter succedentes romanoꝝ duces & truculẽtiorẽ noticiã mithridatẽ alternis ad utrunq;:prout queq; sors belli attollebat:& incertis satisfactionibus transferebantur:augendo pericula quæ sanabãt.Nũc quid cõtinuo pompeius homo romanoꝝ moderatissimus p plurimas partes oriẽtis finito mithridatico bello egerit:paucis ꝓferã.

De Pompeio dicit:qui cũ audisset mortuũ mithridatẽ multa fecit bella i oriente.

[A]Nno ab urbe condita.dcc.lxxxxix.Marco tullio cicerone & Gaio antonio cõsulibus:Pompeius occisi mithridatis nuncio accæpto syriã & phœnicem bello aggressus Ithyreos primũ arabesq; pdomuit:urbẽq; eorum:quã petram nominant:cæpit.Hinc ad iudeos quibus aristobolus expulso fratre Hircano primus ex sacerdote rex præerat:atq; ad hierosolymã urbẽ eorum Gabinum cũ exercitu mittit. Ipse continuo subsecutus: & a patribus urbe suscæptus: sed a plæbe muro templi repulsus expugnationem eius intendit. Id non solum natura loci:uerum etiam ingenti muro fossaq; maxima munitũ:cum alias aliis legiones dies noctesq; succedere sine requie cogeret: uix tertio mẽse expugnauit.xiii.millia ibi iudeorum cæsa narrantur.cætera multitudo in fidẽ uenit.Pompeius muros ciuitatis euerti æquariq; solo imperauit:& cum aliquantos iudeorum securi percussisset.Hircanum sacerdotio restituit.Aristobolũ captiuum romã duxit.Hoc bellum orientis cum uiginti & duobus regibus sese gessisse ipse põpeius pro contione narrauit.Interea coniuratio catilinæ aduersus patriã per eosdem dies in urbe habita ac prodita.in ætruria uero ciuili bello extincta est.Romæ uero conscii cõiurationis occisi sunt:sed hanc historiam agẽte Cicerone & describẽte salustio satis oĩbus notã:nunc a nobis breuiter fuisse perstrictã sat est:motus etiã a pelignis ortus a Marcellis pr̃e & filio p Luciũ uectiũ ꝓditus patefacta catilinæ cõiuratione:quasi succisa radice cõpressus ẽ:& de utroq; p Bibulum ĩ pelignis:p ciceronẽ ĩ brutiis uidicatũ ẽ.

Hic dicit de heluetiorum gente fortissima:& gẽtibus gallorũ cum quibus pugnauit cæsar & uicit.

[A]Nno ab urbe condita.dc.lxxxxiiii.Gaio cæsare & lucio bibulo cõsulibus:lege uatinia Cæsari tres ꝓuinciæ cũ legionibus septem in qnquennium datæ:Gallia

Marcus tullius Cicero

Aristobolus rex Iudeorum

Iudea per Gabinum Pompeii ducem Romanis subdita

viginti duo reges orientis a Pompeio subditi

Catiline coniuratio extincta

Gaius Cesar.

Suetonius Tranquillus.

transalpina & illiricum. Galliam comatã postea senatus adiecit. Hanc historiam sueto-nius tranquillus plenissime explicuit: cuius nos cõpetes portiunculas decerpsimus. Hel-uetiorum aĩos fortissime gallorum oĩum gentis ea uel maxima causa: q perpetuo pene cum germanis bello altercabantur: a quibus Rheno tantũ flumine dirimũtur. Orgẽtorix q-dã princeps gentis spe totas ĩuadẽdi gallias ĩ arma accẽderat. Quo cæteri optimates cor-repto: & ad mortẽ coacto cohibere tamen semel animatas in prædam plæbes nequerũt. Qui cõiuratione facta ac die dicta exustis uicis ac domibus suis: ne quod desiderium ex spe reuertẽdi foret: profecti sunt. Quos cũ apud Rhodanũ flumẽ obuios cæsar ha-buisset: magno difficiliq bello bis uicit: uictosq ad deditionẽ coegit. Horum fuit: cum pri mum progressa est oĩs multitudo Heluetiorum: turringorum & baiorum utriusq sexus ad. c lvii. millia hoĩum. Ex his. xl. vii. millia in bello ceciderũt: cætera ĩ terras proprias re-missa sunt. Postea cæsar contra ariouistũ regẽ excitãtẽ inuehentẽq secũ icredibiles ger-manorum copias: quibus nup uniuersos galliarũ populos subegisse iactabat: apud se-quanos uicit. Cũ aũt diu exercitus cæsaris germanorum multitudine & uirtute perterritus pugnã detrectasset. Ariouistus ĩ germaniã arrepta nauicula Rhenũ transuectus effu-git: uxores uero eius duæ totidẽq filiæ captæ sunt. Fuerũt autẽ ĩ exercitu ariouisti Aru-des Marcomanes. Triboci. Vangiones. Nemetes. Edures & Sueui. Pugna maxime gra uis ex phalange germanorum fuit: quã coacto in unum agmine: scutisq supra capita contextis ad irrũpendã romanorũ aciẽ tuti undiq præstruxerint. Sed postq̃ aliq roma norũ militũ agilitate audaciaq insignes supra obductã saliere testudinẽ: scutisq sigilla-tim uelut squãmis reuulsis desuper nudos deprehẽsorum detectorumq humeros per-foderunt: territi hostes nouo mortis periculo terribilẽ dissoluere cõpagẽ. Exide ĩ fugam uersi p. l. millia passuũ insatiabiliter cæsi sunt: neq coniici numerus potuit germanorum uel q̃tus fuerit occisorum. Post hæc belgarum gẽs quæ tertia pars galliarum ẽ: aduersus cæsarẽ exarsit. Quorum distributim copia hæc fuit. Bellouagi: q cæteris numero & uirtute præ stare uiderentur habuere lectissima. lx. millia armatorum. Suessones ex duodecim oppi dis. l. millia. Neruii: quorum adeo ĩdomita feritas prædicabatur: ut nunq̃ in id tẽporis mer-catores ad se admiserint: uina cæteraq uenalia deferre: qbus inducta iocũditas torporẽ uirtutis afferret: habuerũt similiter. l. millia Atrabates: etiam & Abiani. x. millia: Morini . xxv. millia. Menapii. decem millia. Galeti. x. mllia. Velocasses & ueromandui æque decem millia. Atuatici. x. &. ix. millia. Condrusi: Eburones: Cercesi: Cenomani: q uno no mine germani uocantur. xl. millia. & ita fuisse referũtur. cc. lxxxv. millia armatorum lectis sima. His repẽte silua erũpentibus exercitus cæsaris pturbatus atq in fugã actus pluri-mis suorũ amissis: tandẽ hortatu ducis restitit: uictoresq aggressus usq ad internitionẽ pene deleuit. Igitur Cæsar magnis ĩ gallia rebus gestis: cũ in italiã proficisci decreuisset: Galbam cũ legione. xii. ad Veragrados Edunosq misit. Qui cum hiemãdi causa in ui co Veragradorum: cui nomen erat Octodorus consedisset: mediamq oppidi partem: quæ torrente diuidebatur accolis cõcessisset: quadã die eosdẽ discessisse: per noctẽ ac pximo ĩsedisse colli uidet. Quippe illi paucitatẽ uix mediæ legiõis despectui habentes: ultro-neã sibi prædã nullã cessurã negocio arbitrabanť: finitimosq suos in hãc cædis ac præ dæ societatẽ uocauerunt. Igitur galba tã præsentibus periculis circũsepto ac trepido in-ter uarias consultationes certi consilii: incerto repẽte galli descẽsu montis effusi ea castra

qui populi germanico nomine continentur.

ĩperfecta circundant:rarosq; per uallum propugnatores saxis telisq; onerãt. Cũq; iam castra irrũperentur:Pacuuii primipilaris & uoluseni tribuni consilio cũcti romani portas eruperũt:incautosq; subito aggressi hostes primũ perturbauerũt:deinde ĩ fugã uersos miserabili strage fuderũt. Nam ampliusq̃ triginta millia barbarorũ tũc cæsa referuntur. Igitur cæsar cũ iam pacatas uniuersas galloꝝ gentes putaret:ad nouum & maximũ bellũ retractus ẽ. Nãq; dũ Publius Crassus adolescẽs cũ legione septima oceanotenus apud Andegauos hyemat: Veneti cæteriq; cõfines repente in arma coniurant. legatos romanorum uincunt:eosq; ita demũ se reddituro :si obsides suos recipiãt:Romanis indicãt:socios sibi ad id bellũ Osissimos:Lexouios:Namnetes:Ambibaritos:Morinos:Diablites:& menapios assiscunt:auxilia quoq; a britãnia accersunt. Cæsar p crassum de rebellione deditaꝝ gẽtiũ certior factus q̃uis intelligeret:q̃ta ineundi belli difficultas esset: tamẽ rẽ tãti negocii nõ negligẽdã ẽ ratus:ne cæteris exẽplo eiusmodi audẽdi licẽtia laxaret. Itaq; terrestri prælio perseq hostes frustra aggressus:qppe cũ hostes p interfusa ex oceano æstuaria:atq; ĩaccessos recessus tutis terraꝝ finibus munirẽtur:naues lõgas ædificari in Lygere fluuio iubet:p quẽ in oceanũ deductæ cõstiterunt. Moxq; ut ab hostibus uisæ sunt:cõtinuo.ccxx.naues eoꝝ paratæ atq; oĩ genere armoꝝ ĩstructissimæ progressæ in portũ ex aduerso steterũt. Bruto circũspiciẽte ĩparẽ lõge nauiũ eẽ cõflictũ: qa barbarorum naues solido robore ĩtextæ:saxoꝝ modo adactos rostrataꝝ ictus retundebãt. Hoc primũ auxilio fuit:q falces acutissimas nõ ptinaciter cũctis præfixas: funibus aũt subnexas parauerat:q̃bus cũ opus eẽt:apprehẽsos eminus rudẽtes:subductis hastilibus p funẽ falcẽ retrahẽdo succiderẽt. His cæleriter expeditis dirũpi hostiliũ antẽnarũ armamẽta præcæpit. Ita antẽnis ruentibus complures illico naues uelut captas ĩmobiles reddidit. Alii hoc periculo territi:suspẽsus uelis qua uẽtus ĩtenderet fugere conati:cessante mox uẽto destituti ludibrio fuere romanis:Itaq; incensis oĩbus nauibus: interfectisq; his qui pugnauerãt:Galli reliq̃ sese oẽs dediderunt. Sed cæsar maxime ob ĩniuriã legatoꝝ:& ut genti ad oĩa consilia mobili terribilis exẽpli notã inureret cũctis pricipibus per tormẽta interfectis:reliquos sub corona uẽdidit. Iisdẽ diebus Titurius sabinus aulercos: Eburones Luxouiosq;:qui primates suos:q auctores belli resuscitãdi eẽ nollẽt:ĩterfecerant ĩeruptione facta ĩcredibili cæde deleuit. Publius uero crassus cũ in aq̃taniã puenisset:bello exceptus est. Nãq; sociato magno equitatu pedestribusq; copiis præualidis romanos adorti diu grauiter turbauerũt. Post uicti:atq; in oppidũ sociati coacti:obsessisq; cũ se expugnari uiderẽt:armis traditis ĩ deditionẽ recepti sũt. Aq̃tani clade pmoti undiq; exercitum contrahũt. de citeriore quoq; hispania auxilia accersunt:duces bello maxime eos præficiũt:q̃ cũ Sertorio militauerãt. Hi oẽs dum obsidionẽ Crasso parãt ĩ castris suis crasso obruẽte deleti sunt. Nã ex aquitanis & cantabris quoꝝ.l.millia tunc ĩ auxilium uenerãt.xxxviii. millia cæsa referũtur. Cæsar germanos:q Rhenũ cũ ĩmẽsis copiis trãsmiserãt:simul & totas gallias subiicere sibi parabat:bello adortus usq; ad ĩternitionẽ cecidit. Quoꝝ fuisse numerũ ad .cccc.l.millia fuerũt. Tũc cæsar ĩ germaniam facto ponte trãsgrediens Sycambros & Vbios obsidione liberat.

Hic dicit qualiter cæsar gallias subiecit:et trãsiuit ĩ britãniã.

Veuos maximã & ferocissimã gẽtẽ:quoꝝ eẽ .c.pagos & populos multi prodidere. totãq; germaniã aduẽtu suo terret:moxq; ĩ galliã rescisso põte cõcedit. In-

Veneti in gallia

de ad morinos uenit:unde i britāniā ꝓximus & breuissimus trāsitus ē.Nauibus circiter onerariis atq; actuariis.lxxx.præparatis i britāniā trāsuehit.Vbi acerba primū pugna fatigatus:deide aduersa tēpestate correptus:plurimā classis partem & non puā militū: equitū uero pene omnē disperdit.Regressus in galliā legiones i hyberna dimisit: ac.dc. naues utriusq; cōmodi fieri impauit.Quibus iterū i britāniā primo uere transuectis: dū ipse i hostē cū exercitu pergit:naues i ancoris stantes tēpestate correptæ uel collisæ iter se:uel harenis illisæ ac dissolutæ sunt.Ex quibus.xl.pierūt:cæteræ cū magna difficultate reparatæ sunt.Cæsaris eqtatus primo cōgressu a britānis uictus:ibiq; Labienus tribunus occisus est.Secundo prælio cū magno suoꝝ discrimine uictos britānos i fugam uertit.Inde ad flumē tamesim profectus est:quē uno tātū loco uadis trāsmeabilē ferūt. In huius ulteriore ripa Cassouelauno duce imensa hostiū multitudo consederat:ripāq; fluminis ac pene totū sub aqua uadū acutissimis sudibus pstruxerat. Quod ubi a romanis deprehēsum ac uitatū ē:barbaræ legiones nō ferētes siluis sese abdidere:unde crebris eruptionibus romanos grauiter ac sæpe lacerabāt.Interea trinobantum firmissima ciuitas cū androgorio duce datis.xl.obsidibus cæsari sese dedit.Quod exemplū secutæ urbes aliæ cū plures i fœdus romanoꝝ uenerūt:iisdēq; demōstrātibus cæsar oppidum cassouelaunū inter duas paludes sitū:obtētu isuper siluarū munitū:oibusq; rebus cōfertissimū tandem graui pugna cæpit.

Capitulū reuerso uidelicet cæsare a britānia iteꝝ galli rebellauerūt & uicti sunt.

Xin cæsar a britānis reuersus i galliā postq̄ legiones in hyberna misit:repentinis belloꝝ tumultibus undiq; circūuentus & cōflictatus ē.Nāq; ambiorix cū eburonatibus & atuaticis conspirās animatus treuiroꝝ consilio Cottam et sabinum legatos apud Eburonas cū tota funditus legione isidiis circumuētos iterfecit. Ambiorix hac uictoria elatus atuaticos et neruios plurimosq; alios raptim i arma contrahit: atq; ad Ciceronē legatum q similiter tunc legioni i hybernis præerat:cōtēdit. Multitudo hostium ex hoc colligi potuit:ꝙ cū in obsidione castroꝝ uallū circūdādū eē a captiuis romanis docerētur:& istrumēta ruralia nō haberēt:gladiis cōcidēdo terrā et sagulis exportādo uix tribus horis uallū pedū.x.& fossam pedū.xv.p millia passuū.xv.i circuitu pfecerunt.Præterea.c.xx.turres miræ altitudinis extruxerunt:& cū septē dies noctesq; succidui hostiū cunei pugnarēt:ac uētus subito plurimus exortus eēt.testas fūdis feruētes intorsere:flāmataq; tela focis:ac mox cōcæpto igne rutilātia intra castra iecerunt. Quo facto p cuncta culmina rapti uētus insistēs sparsum aīauit icēdiū.sed nec sic qdē romani cū undiq; obruerētur uulneribus:laboribus:uigiliis: ieiuniis icēdiis cesserūt. Tādē Cæsari nunciatū ē.unā deletā eē legionē:alterā iam pene cōfectā. Aduētāte uero cū duabus legionibus Cæsare deseruere hostes obsidionē:atq; in eū cuncti raptis copiis ruunt.Cæsar paruissimis castris cōsulto cōdidit.eqtibusq; præmissis:ut fugā fingerent: iperauit: ut ad trāsitū uallis quæ media erat:sibiq; piculosa uidebatur:hostes cōtēptu sui iuitaret.Quibus aduentantibus insuper obstrui portas præcepit.Quo uiso galli quasi iam uicissent:ad obducendum extrinsecus uallo conuersi sunt.Cæsar totis repente portis paratum effudit exercitum:uersosq; in fugam gallos uastissima cæde confecit. Nā lx.millia fuisse tūc referunt:e qbus pauci p paludes inuias euaserunt.Induciomarus treuiroꝝ priceps magnas armatoꝝ copias habens:postq̄ de consensu galliæ totius certior

redditus e:Labieni castra legioẽmq;:cui is præerat:qđ facile factu arbitrabat᷑:delere sta tuit:ac deinde eburonibus neruiisq; coniunctus ad opprimendum Cæsarẽ pgere.Labienus q̇bus pốt artibus simulat timorẽ:atq; ita inducioma℞ negligẽtiorẽ cũ insultãtibus copiis ꝓ uallo oberrãtẽ repẽtina eruptiõe ꝓstrauit.Hac uictoria labieni reliqui Gallorũ conatus repressi sũt:& cæsar paulo qetior reliqua pte hyemis fuit. Sed itelligẽs sibi maiora belli supesse negocia: maxie᷑ qa plurima pte exercitus amissa: aliisq; grauiter sauciis:ne ad sustinẽdũ qdẽ sibi idoneus:ne dicã ad cõprimẽdũ gallo℞ ipetũ uideretur:Gneio põpeio cõsule cõscribi legiones:sibiq; i auxiliũ mitti petit.Itaq; ante exactã hyemem tres ad eũ legiões uenerũt.Igit᷑ cæsar prius q̃ i unum hostium copiæ coirẽt:ieũte uere aggredi trepidos & opprimere sparsos in finibus suis parat.Primũ itaq; neruio℞ fines diripit: prædã uero quæ copiosissima erat: exercitui pmittit. Deinde menappios q sibi propter imensas paludes atq; ipeditissimas siluas munitissimi uidebant᷑:tribus agminibus inuadit:nimiaq; cæde uulgo agitato residuos supplices i deditionẽ recepit. Labienus sequẽti prælio oẽs treuiro℞ copias iterfecit:arte in bellũ ꝓuocatas:prius q̃ germanis aduentantibus iungerent᷑:& cõtinuo ipsam ciuitatẽ capit.Cæsar ulcisci mortẽ sabini & cottæ legatorum uolens i ambiorigẽ & Eburones deletæ legiõis auctores:postq̃ i arduennã siluã refugisse cõperit:quæ silua totius galliæ maxima ẽ:atq; a ripis rheni finibusq; treuirorũ ad neruios usq; ptingit:& i lõgitudine plus q̃.l.M.passuũ patet:pmetiens rẽ sui maximi piculi fore:si p obstructas spatiosasq; siluas ignoti diuiderẽt᷑:hostẽq; locis notissimum quærerent:oẽm galliã p nũcios inuitat:ut quiq; secũdũ placitũ suũ recõditas i arduenna silua prædas quærãt:diripiãtq;.Quo facto gallis utrinq; morientibus maximas romano℞ iniurias sine cuiusq̃ romani discrimine uindicauit.Ita hoc tutissimo uincẽdi genere securus i italiã rediit.Igit᷑ cæsare i italiã reuerso gallia rursus ĩ arma cõiurat:multiq; simul populi coeunt.Dux his Vergentorix fuit:cuius cõsilio statim oẽs galli ciuitates suas ultro icẽderunt:prima a suis icẽsa Biturigo:Inde ad cæsarẽ q magnis itineribus p narbonẽsẽ ꝓuinciã clã ad exercitum recurrerat :ipetũ faciunt.Cæsar tunc oppidum noie cenapum obsidiõe cõcluserat : Qđ diu oppugnatum tãdẽ post multas romano℞ clades pluuio die cum hostilium machina℞ augmẽta:Neruiiq; clãguerent:applicitis turribus captum atq; deletum ẽ.xl.ibi hoium.M.fuisse referunt᷑:e qbus uix.lxxx.per fugã lapsi ad ꝓxima gallo℞ castra uenerunt. Præterea aruerni cæteriq; cõfines sollicitatis etiã ad se heduis multis aduersus Cæsarẽ præliis bellauerunt:Qui cum se pugnãdo fatigati in quoddã castellum recepissẽt:milites prædæ inhiãtes ad expugnationẽ oppidi animum itẽdũt: frustra cæsare de loci iniqtate causãte.Itaq; ibi cæsar erũpẽtibus desup hostibus pressus multa exercitus sui pte pdita uictus aufugit.Dũ hæc ad chaiestã gerunt᷑. Vergẽtorix:quẽ oẽs cõsẽsu pari regẽ præoptauerãt:suadet:uti ex tota gallia oẽs:qui arma ferre possent:huic bello præsto sint.Hoc enim esse unum bellum : quo aut perpetua libertas : aut æterna seruitus:aut mors omnium consequat᷑.Itaque absque eo numero quem infinitum ante contraxerat:equitum circiter octo.M.peditum.ccl.M.contracta sunt. Dehinc duo colles sibi inuicem obuersos romani gallique ceperunt. Vnde multis sæpe eruptionibus & uariis prouentibus præliantes tandem romani præcipua Germanorum equitum:quos sibi iam dudũ amicos nunc i auxiliũ acciuerãt uirtute uicerunt. Vergentorix alia die congregatis oĩbus : q fuga euaserant:dixit se auctorẽ bona fide defendedæ

omnes galli ciuitates suas ultro incenderunt

libertatis atq; rumpendi fœderis fuisse:& nūc siue romanis sese ad mortem omnes offerant:siue solū pro omnibus dedant:paratū aio fore.Itaq; galli uolūtatē:quā pudore aliq̄diu texerāt:quasi ex cōsilio regis assumerent: ilico sibi ueniā precantes:eum solum uelut auctorē magni sceleris dediderunt.bellouagi oībus finibus gallorum gētis ipsorum opinione fortiores habebantur.Hi correo duce bellum instaurant: sibiq; in hanc suscepti belli societatē ambianos aulercos uelocasses athrabatesq; cōiungunt:& locum quēdam cinctum atq; īpeditum undiq; paludibus capiunt:cōmissoq; prælio magnā remorꝫ manum:quæ auxilio romanis erat trucidāt.Deinde cum opportunum sibi locum insidiis ꝓuisū occupassent atq; hoc cōperto romani ad īsidiarꝫ locū īstructi ordinatiq; uenissent: cōmisso prælio gallos fugiētes eisdē locorꝫ munitionibus q̄bus clausi fuerāt: incluserūt: cūctosq; ad internitionē ceciderūt.Ibi Chorreus uel fugā uel deditionē detrectās romanos:ne uiuus caperetᷣ īstanter occidēdo:ut occideretᷣ:coegit.Igitᷣ cū pacatā eē uniuersā galliā Cæsar:neq; ausurā fore ad aliquos aspirare motus arbitraretᷣ legiones in hyberna dimisit:ipse tamē Ambiorigis fines q̄ tot bella excitauerāt:horrēda hominum strage uastauit. At uero gaius Caninius legatus bellū apud Pictonas inuenit:ubi magna hostiū multitudo īpeditā itinere legionē circūdedit:atq; ad extremum discrimē adduxit.Porro fabius alter legatus acceptis Caninii litteris in pictonas proficiscitᷣ.Ibiq; a captiuis de opportunitate locorꝫ certior factus inopinātes hostes opprimit:magnisq; stragibus factis plurimas prædas agit.Deinde cū Caninio signū aduentus sui dedisset:Caninius totis castris subito exiliens sese iniecit hosti.Ita fabio ex alia parte & Caninio ex altera īsistente maximo & diuturno bello inumeræ gallorum copiæ trucidatæ sūt.Inde fabius ī carnutes profectus ē.Sciebat enim Dommacū ducē antiquissimū rebellionis otius incentorē ab hoc bello elapsū:si a remoricis gētibus adiunctus esset:maximos iterꝫ tumultus ī gallia eē moturꝫ:sed adhuc eos ipsa nouitate trepidātes mira uirtute & cæleritate ꝑdomuit. Interea Draptes unaq; literius cum adesse Caninium & legiones eē in finibus suis uiderent:undiq; collectis copiis oppidum intrant q̄d in editissima mōtis arce pēdēs:duabus partibus ꝑ abrupta latera nō paruo flumine cingebatᷣ:medio deinde descēsu largissimo fōte securum plurimaq; introrsum copia frumēti tutum irritos procul discursus hostiū despiciebat.Caninius q̄d solum romana prouisiōe potuit:ambos duces cum parte copiarꝫ plurima in cāpum euocatos maximo prælio superauit.Nā uno e ducibus īterfecto alter cū paucissimis fugit.Nullus ī oppidū rediit:sed ad id oppugnādū Cæsare opus fuit.Itaq; certior ꝑ nuncios factus Cæsar accurrit:circūspectisq; oībus:uidet:si expugnare ui moliatᷣ:ludo & spectaculo hostiū delēdū eē exercitū suū: hoc solum eē præsidium si quoquo mō hostes aqua arceātᷣ.Sed & hoc quoq; nisi cæsar nemo potuisset:siq̄dē fons quo ad potū utebātᷣ:medio deuexi mōtis latere fūdebatᷣ:Cæsar ad ꝓximū fōtis admoueri uineas turresq; extrui iubet: fit magnus illico cōcursus ex oppido. Quibus sine piculo præliātibus: romani q̄uis ꝑtinaciter obsisterent:crebriusq; succederēt:cōplures tamē trucidātur.Igitur extruitᷣ agger: & turris pedū.lx.cuius uertex æquare ad fōtis locum posset:ut uel ex æquo tela coniici queant uel præcipitata desuper saxorum uolumina non timeri.Oppidani autem ubi exanimari siti non solum pecora sua: uerum etiam īfirmiores hoīum ætates uidēt: cupas pice seuo & sindulis repletas:ac deīde īmisso igne in prona præcipitāt:easq; ipsi toto oppido effusi subsequūtᷣ.Ardentibus machi-

nis cum graue prælium suis cæsar ac periculosum uideret iminere: cohortes i circuitu op pidi ire uelociter p occultum imperat atq; undiq; subito uastū clamorē attollere. Quo facto cōsternati oppidani: dū recurrere ad muniendū oppidū uolunt: ab oppugnatione turris uel demolitiōe aggeris recesserunt. Illi tamē q ad icidēdas fontis uenas sub obtentu aggeris tuti cuniculos pfodiebāt: repertos ī abstruso aquaꝝ meatus p multa diuidendo tenuari in semetipsis: cōsumiq; fecerunt. Oppidani fonte siccato ultima desperatione correpti deditionē sui faciunt. Cæsar autem oībus q arma tulerant manus sustulit: & uitā relinquit: quo testatior eēt etiam posteris pœna improborum. Multum enim ad coercendam audaciā ualet ꝓpositū punitionis: exēplum cū ipsa miseri præsens forma uiuentis & ad recordationem admonet conscios: & ad sciscitationem cogit ignaros.

Hic dicit quando galli exhausti & domiti sunt.

Exhaustis atq; edomitis gallis cæsar securus cū legionibus in italiam rediit: nullos post se gallorum motus pertimescens: certo se sciens minime aliquos: q uel moueri audeant: uel si moueant̄: timendi sunt reliquisse: constitui nūc ante oculos uelim exanguē defœtāq; galliam post illas ardētissimas febres internosq; æstus uitaliū molliora torrentes: ut sese habebat: quāta macie: quātoq; pallore sit: q̄ demissa ac resoluta iaceat: q̄ ipsos quoq; necessarii officii motus ne eūdē incursum maloꝝ reuocēt: ptimescat. Irruit enim ī eam repētino impetu Romanus exercitus: ueluti fortissimo corpori fortior lues: quæ tāto grauius accendit̄: quāto īpatiētius toleratur. Sitiebat misera: cū īstāte gladio ꝓfiteri spōsionē seruituitis æternæ auulsis īsup obsidibus cogeret̄. Sitiebat: ut dixi: notā illā oībusq; suauissimā uelut aquæ gelidæ dulcedinē libtatis: quātoq; eā magis subtrahi ītelligebat: tāto auidius desiderabat. Hinc illā tā frequēs cōtra uetita præsūptio īuadebat: & ꝓ defēdēda libertate: īportūa libtas prærептаq; īsatiabiliter potiūdi licētia: ꝙ male cōceptā perniciē restringere uidebat̄: augebat. Hic romanus exercitus ante pugnā insidiator argutior: hic ī pugna hostis īfestior: hic post pugnā uictor īmitior: hic oīa ad domādā īpatiētiā crudescētia: hic iā nec remediis credebat̄. Itaq; si iterrogare posse hāc: de qua loqmur nationē: qd tūc: cū hæc ipsa sustinebat: de illis tpibus iudicaret: respōderet: ut arbitror: dicens. Sic me illa tunc febris exanguē reddidit ac frigidā fecit: ut etiam hæc: quæ oēs pene pstrinxit: feruefacere uel cōmouere nequiuerit: atq; ita me romani inclinauerunt: ut nec ad gothos surgam. Sed ne ipsa qdem roma clades quas ītulit euitauit. Exercitæ nāq; diu actæq; sūt p totos mundi cardines potētiæ ducum: uiresq; legionum: quæ ī sese cōcurrentes eius dāno uincerent: cuius periculo uincerentur.

Victorem scilicet a Gallia Cæsarem reuersum ciuilia bella sequūtur: & Crassus consul prouinciam sortitus est in Parthos.

Iam uictorem Cæsarem de Gallia reuersum ciuilia bella comitata sunt: aliaq; grauissima mala: interfecti apud Parthos Crassi & trucidati exercitus præcesserunt. Anno ab urbe condita. dc. lxxxxvii. Crassus in consulatu collega Pompeii prouinciam sortitus in Parthos: homo inexplebilis cupiditatis: audita ī Hierosolymis tēpli opulentia: quā pōpeius itactā reliquerat: ī palestinā diuertit. Hierosolymā adit: tēplum īuadit: opes diripit. Inde p mesopotamiā tēdēs ī parthiā quacūq; iter habuit sotiis ciuitatibus auxilia īdixit: precia exegit: moxq; ut euphratē trāsiit: illico abegesen legatū ab hærode rege parthoꝝ ad se missū obuiū habuit: a quo uehemēter īcrepitus ē: ꝙ

libertatem suauissimam.

hierosolomytani templi opulentia a Crasso direpta

contra fœdus luculli pompcii auaritia inductus Euphratem transierit. Quãobrẽ sine mora futurę: ut pro auro parthico serico ferro oneraret. Itaq; cum prope caras uentum esset. Parthi subito igruẽtes cũ sucena & sylacea præfectis: sagittis oppressere romanos. Cecidere ibi plurimi senatores: aliqui etiã cõsulares & prætorii uiri. Crassus quoq; filius crassi lectissimus iuuenis i acie occisus ẽ. Preterea quatuor cohortes cũ uargũteio legato mediis deprehẽsæ campis iterfectæ sũt. Surenas rapto equitatu crassũ psequi intendit: cũq; circũuẽtũ ac frustra colloqũ eius petẽtẽ interfecit: q̃uis uiuũ auferre maluisset. Pauci noctis beneficio liberati caras cõfugerunt: cognita clade Romanorũ multæ oriẽtis puinciæ a societate & fide populi romani defecisset: ni cassius collectis ex fuga militibus paucis intumescẽtẽ syriã egregia animi uirtute ac moderatione pressisset: Qui & antiochum copiasq; eius igẽtes prælio uicit: & interfecit. Parthos quoq; ab Hærode i syriam missos: iãq; ingressus antiochiã bello expulit: ducẽq; eorum Osagem interfecit.

Narratur hic de romano exercitu: qualiter ut oceanus crescit & minuitur.

Igitur romani status agit̃ semper alterna mutatio: & uelut forma oceani maris: quæ oĩ die dispar nũc succiduis p septem dies attollit̃ incrementis: nunc consequentibus totidem diebus naturali damno & defectu interiore subducitur. Vt enim de proximis ordiar: cimbris tigurinisq; uincentibus: cum apud rhodanum flumen romanus exercitus periit: & artissimas roma sensit angustias: refusa continuo clade cimbrorum magis elata puentibus priorũ oblita defectuũ ẽ. Hãc deinde recẽtissimæ prosperitatis iactãtiã italicũ bellũ & dilaceratio syllana castigat. Rursus post hãc domesticã intestinãq; perniciem: qua usq; ad medullas pene euiscerata & excesa est: paribus ppe modum spatiis temporũ non solũ reparata: uerũ etiam extenta ẽ: cũ lucullus Asiam: Põpeius Hispaniã: cæsar galliam perdomuit. romanũq; imperiũ usq; ad extremos propemodũ terræ terminos propagatum est. Hanc nũc amplissimã dilatationẽ uastissima ruina consequitur. Apud parthos enim cõsul romanus occiditur: exercitusq; deletur: atrocissimũ illud pompeii & cæsaris bellũ ciuile conscribitur: & inter hæc roma ipsa repentino correpta incẽdio concrematur. Anno siquidem ab urbe condita. dcc. incertum unde concretus plurimã partẽ urbis ignis inuasit: neq; unq̃ antea tãto correptã ac uastatã ciuitatẽ ferũt. Nã. xiiii. uicos cũ uico iugario cõsũptos memoriæ pditũ ẽ. Hinc iam ciuile bellum cõmittit̃: quod magnis iam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur.

Hic de bello ciuili dicitur inter cæsarem & pompeium: & de incẽdio urbis.

Iam rediẽs cæsar uictor de gallia decerni sibi absenti alterũ cõsulatũ poposcit. Cõtradictũ ẽ a marcello consule adnitente pompeio: deinde decretum est a senatu: ut i urbem cæsar nõ nisi dimisso exercitu ueniret: & ex marcelli cõsulis auctoritate ad legiones quæ apud Nuceriam erant Põpeius cum imperio missus est. Cæsar rauennam sese contulit. Marcus antonius & Publius cassius tribuni plæbis pro cæsare intercedentes: itercedente lentulo cõsule curia foroq; prohibiti ad cæsarẽ pfecti sũt: cu riõe cœlioq; simul comitãtibus. Cæsar rubicone flumiẽ trãsmeato mox ut ariminũ uẽit v. cohortes: quas tũc solas habebat: cũ q̃bus: ut ait liuius: orbẽ terrarũ adortus est: q̃d fcõ opus eẽt edocuit. Deplorãs aũt iniurias suas cãm belli ciuilis p restituẽdis i pñiã tribũis eẽ testatus ẽ. Inde p antoniũ septẽ cohortes: quæ apd̃ salonẽ morabant̃ a lucretio recepit: tresque legiões: quæ Domitio apud Corphiniũ erãt ad partes suas traduxit. Põpeius atq;

Cassius

Roma repentino correpta incendio concrematur.

Marcus Antonius
Publius Cassius.

Liuius.

oīs senatus crescentibus cæsaris uiribus trepidi:taq̄ italia pulsi:in græciam transuecti durachiū gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar romam uenit:negatāq; sibi ex ærario pecuniam fractis foribus iuasit: ꝓtulitq; ex eo auri pōdera.iiii.M.cxxxv.argenti pōdera ꝓpe.dcccc.M. Inde digressus ariminū ad legiones mox alpes trāsuectus massiliā uenit:ad quā oppugnandā ꝗ receptus nō esset: Treboniū cū tribus legionibus relinquens ad hispanias contendit:quas lucius afranius & marcus petreius & marcus uarro pompeiani duces cum legionibus obtinebāt. Ibi multis præliis petreium afraniūq; superatos composita pactione dimisit. In ulteriore uero hispania duas legiones a marco Varrone suscepit:similiter & duces eius. Post hæc curio catonem Sicilia expulit. Valerius cottam sardinia. Tuberonem africa uarrus eiecit. Cæsar massiliam rediens obsidione domitam uita tantum & libertate cōcessa cæteris rebus abrasit. At uero dolobella ex parte cæsaris in illyrico p octauiū & libonē uictus:copiisq; exutus ad antonium fugit. Basilius & salustius parantes singulas legiones:quibus præerat similiter & antonius. Hortensius quoq; ab infimo mari cum classe concurrens: omnes pariter aduersus octauiū & libonē ꝓfecti & uicti sūt. Antonius cū se octauio cū.xv.cohortibus dedisset:oēs ad pōpeiū a libone deducti sūt. Curio ex sicilia in africā cū exercitu transgressus ē. Quem iuba rex cōtinuo exceptum cū oībus copiis trucidauit. Octauius salonas oppugnare conatus oēs pene copias quas duxit:amisit. Cœlius desciuit a cæsare:ac se miloni exuli iūxit. Cūq; ambo seruorum manu capuam oppugnare molirēt̄:occisi sūt. Bibulus apud corcyrā pudore uictus:qđ custodiæ eius quā pelago & oppido prætēdebat hostis illuserat:iedia sese uigiliisq; cōfecit. Appius claudius cēlorinus:q̄ iussu pōpeii græciā tuebatur:iam abolitam poetici oraculi fidem uoluit expiri. Quippe ab eo uates adactus descendere in specum respondisse fertur de bello cōsulēti. Nihil ad te hoc Romane bellū ꝑtinet. Euboicæ cœla obtinebis. Cœla autem uocant euboicum sinū. Ita appius ꝑplexa icertus sorte discessit. Admonet nos aliquid obtrectatoribus nostris cōsultor iste cōsulere. Querebāt̄ utiq; fide christianoꝝ sibi sacra interdicta cærimoniasq; sublatas:& ob hoc ideo maxime:ꝗ extis uaticiniisq; cessātibus futuræ clades:qa sciri nequeūt:non uitant̄. Cur ergo lōge āte ipiū Cæsaris natiuitatēq; christi:sicut ipsoꝝ auctores attestātur: abolita fuerit poetici oraculi fides? abolita autē ideo:qa cōtēpta:porro autē quare cōtēpta: nisi qa uel falsa:uel uana:uel dubia? Vnde prudēter poeta præmonuit. incōsulti abeunt sedēq; odere sibyllæ:& ne forte id paruipēdā:qđ contēptu abolitū atq; antiquatū fuit:hoc ē aut nomē:aut sedē: Appollo ille Phythius erat:quē ferūt magno illo Phytone serpente interfecto:totius uaticinationis auctore & principe:hæredem & sedis & diuinationis & nominis extitisse:ibiq; cum reddere elegisse responsa:ubi orta cum auctore ipsa diuinatio uidebatur. Præterea quæ ꝑ alias quoq; terrarum partes spumantibus buccis: rabidoq; discursu omnis furiatorum ructat insania:ad quem plurimi terrarum reges: quasi ad uiuam uocem consulti numinis cucurrerunt:cui sæpissime ipsi Romani quoque opulentissima dona miserunt. At si appollo iste Phythius paulatim discernente experientia contemptus relictus atque abolitus est: quid uiuum de mortua pecude: quid uerum de amente muliercula sperari potest? Quid postremo:inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras: expositis opimæ pecudis intestinis non finxit esuriens? nam sicut ipsi fatentur:uel obscura uel falsa dicendo ipse apollo seducit. Quamobrem æquo

Lucius Afranius, Marcus Petreius, Marcus Varro.

Dolobella. Octauius Libo Basilius Salustius Hortensius Curio Iuba Rex. Bibulus.

nuc... oracula et vaticinia antiquorum

multi reges orientis in auxilium Pompei

animo ferant:si imitari interim nolũt:nos id ueritatis iudicio etiã ꝓhibere: qđ potuerunt maiores eorum uel experiẽdo contemnere. Interea apud Durachium multi orientis reges ad Pompeium cum auxiliis conuenerunt. Quo cum cæsar uenisset: Pompeium obsidione frustra cinxit:ipse terrã.xv.M.passuũ fossa præstruẽs:cũ illi maria paterẽt:Põpeius castellũ quoddã ꝓpinquũ mari:qđ marcellinus tuebat᷑:euertit: præsidiaq; cæsaris:quæ ibidẽ morabãt᷑ occidit. Cæsar torquatũ legioneq; unã:ut expugnaret:aggressus ẽ. Hoc piculo socioꝝ Pompeius cognito:oẽs eo copias contraxit:in quem se illico Cæsar omissa obsidiõe cõuertit. Torquatus autẽ euestigio ꝓrũpens auersum insecutus est. Ita cæsaris milites ancipiti piculo territi ipso cæsare frustra obsistẽte fugerũt. Põpeius uero cæsaris quoq; testimonio uictor psequẽtẽ reuocauit exercitũ. xxiiii. M. militũ cæsaris: centuriones.xxxii.eqtesq; Romani cõplures ĩ eo prælio cæsi sũt. Cæsar inde citato agmine p epiꝝ ĩ thessaliã prexit. Põpeius uero cũ maximis copiis secutus: belluq; cõmissũ ẽ. Itaq; instruitur utrinq; acies. Pompeius. lxxxviii. cohortes triplici ordine locauit. Fuerũt autẽ peditũ.xl.M. equites ĩ sinistro cornu. dc. ĩ dextro.d. Preterea reges multi senatores:equitesq; Romani plurimi:absq; leuiũ armaturarum magna copia cæsar similiter lxxx.cohortes triplici ordine disposuit:cui fuerunt minus q̃.xxx.M.peditũ.equites.M. Videre ibi & gemere erat contractas Romanoꝝ uires ĩ cãpis Pharsalicis ad occisiõem mutuã cõstitisse:quas si cõcordia rexisset:nulli populi:nulli reges ferre potuissent. Prima cõgressione eqtatus põpeii pulsus sinistra latera nudauit. Deinde cũ diu utrinq; dubia sorte cederent᷑:atq; ex alia parte põpeius iter hortãdũ diceret:parcite ciuibus nec tamẽ faceret:ex alia uero cæsar hoc faceret:qđ urgeret:dicẽs:miles faciem feri:parce ciuibus:tãdẽ uniuersus Põpeii fugit exercitus:castraq; direpta sũt. Cæsa sũt ĩ eo prælio põpeianoꝝ.xv.M.cẽturiones.xxxiii. Hic exitus pugnæ ad paleopharsalũ fuit. Põpeius fugiẽs ĩ hostio penei amnis onerariã nauẽ nactus ĩ asiã trãsiit. Ide p syꝝ ĩ ægyptũ uẽit:ibiq; mox ut littus attigit iussu ptholemæi adolescẽtis ĩ grãm cæsaris uictoris occisus est. Põpeii uxor filiiq; fugerũt. Cætera põpeiana classis direpta ẽ:oibus q ĩ ea erãt crudelissime trucidatis:ibiq; & põpeius Bithynicus occisus ẽ. Lẽtulus uero uir cõsularis apud pelusiũ interfectus ẽ. Cæsar cõpositis apud thessaliã rebus alexãdriã uenit:platoq; ad se ac uiso põpeii capite ãnuloq;:fleuit. Cũq; se ĩ regiã recepisset:eludebatur a tutoribus:quominus pecuniã acciperet:templa sua astu spoliantibus:ut & regios thesauros uacuos esse ostẽderent: & in ĩuidiã Cæsaris populum concitarent. Præterea achillas dux regius:imbutus semel Pompeii sanguine Cæsaris quoq; necem meditabatur. Nã iussus exercitum dimittere cui præerat.xx.M.armatorum non modo spreuit imperium:uerum & aciem direxit. In ipso prælio regia classis forte subducta iubetur incendi. Ea flamma cũ partẽ quoq; urbis inuasisset.cccc.M.libroꝝ ꝓximis forte ædibus condita exussit:singulare profecto monumentum studii:curæq; maiorum,qui tot tantaq; illustrium ingeniorum opera cõgesserant:unde quãlibet hodie:quæ in templis extãt:quæ & nos uidimus armaria librorum:quibus direptis exinanita ea a nostris hominibus nostrisq; temporibus memorentur:quod quidem uerum est:tamen honestius creditur:libros alios fuisse quæsitos: qui pristinas studiorum curas æmularentur:q̃ aliam ullam fuisse tunc bibliotecham: quæ extra.cccc.M.librorum fuisse ac p hoc euasisse credatur. Cæsar postea insulã ubi pharus est:cæpit. Eo achillas cum gabinianis militibus uenit:ingens pugna commissa est:

Torquatus.

Pompei trucidatio.

400000 librorum apud Alexandriam combusta.

magna ibi Cæsarianorum militum multitudo cecidit:omnes etiam interfectores Pompeii interfecti sunt. Cæsar ui insistentium hostium pressus scaphā ascendit:qua mox pōdere subsequentium grauata ac mersa per.cc. passus ad nauem una manu eleuata: qua chartas tenebat natando peruenit:mox nauali certamine pulsatus magna facilitate classem regiam depressit & cepit. Petentibus Alexandrinis regem reddidit Cæsar.

Cesar natando manum eleuatam i qua chartas tenebat semp tenuit.

a Lexādrinis petētibus regem reddidit:monitum: ut magis amicitiā romanā: q̄ arma experiri studeret:q tamē ut liber fuit: ilico bellum ītulit:sed cōtinuo cū toto exercitu suo & ipse deletus ē. Nā.xx.M.hominū in eo bello cæsa referuntur xii.M.cū.lxx.longis nauibus dedita.v.naues ex uictoribus cecidisse referunť. Rex ipse adolescēs scapha exceptus ut fugeret:multis insiliētibus mersis necatusq; ē. Corpus eius ad littus deuolutum īdicio loricæ aureæ cognitum fuit: Qua cæsar alexandriā præmissa alexandrinos oēs ad deditionē desperatiōe compulit:regnūq; ægypti cleopatræ dedit. Inde Syriā puagatus pharnacē ī ponto uicit:posteaq̄ romā uenit:dictator & cōsul creatus:in africā trāsiit:& apud tapsum cū Iuba & scipione pugnauit:maximāq; hominum multitudinē ibi interfecit:Castra utriusq; direpta sunt.lx.elephanti capti. Cato sese apud Vticā occidit. Iuba percussori iugulum precio dato præbuit. petreius eodē se gladio pfodit. Scipio in naui:qua ad hispanias fugere contēdēs uento coactus in africā redierat: semetipsum iugulauit:ī eadē naui etiā titus torquatus occisus ē. Cæsar pompeii magni nepotes:filiāq; pōpeiā:simulque cum his faustum syllā & afrannium & petreium filiū iussit occidi. Inde quatuor triumphis urbē īgressus: disposito:recuperatoque reipublicæ statu cōtinuo ī hispanias cōtra pompeios pōpeii filios ,pfectus.xvii.q̄ egressus ab urbe fuerat:die Saguntum puenit:statimque aduersus pōpeios duos & labienum atque actium uarum multa bella & uaria sorte gessit. Vltimum bellum apud mundā urbē gestū ē. Vbi tātis ē uiribus dimicatum:tātaque cædes acta: ut cæsar quoq; ueteranis etiā suis cedere nō erubescētibus cū cedi cogiq; aciē suā cerneret: præuenire morte futuꝝ uicti dedecus cogitarit:cū subito uersus ī fugā pōpeioꝝ cessit exercitus. Et qdē eo die hoc bellū actū ē:quo pompeius pr̄ ab urbe bellū gesturus aufugerat.iiii.q; ānis hoc ciuile bellū īdesinēter toto orbe tonuit. Titus labienus & actius uarus ī acie cæsi sūt. Gneus pōpeius cū.c. eqtibus aufugit: frater eius Sextus pōpeius cōtracta celeriter nō parua lusitanoꝝ manu cū cæsonio cōgressus ē uictus:fugiēsq; īterfectus ē. Mūda ciuitas cū imēsa hoīum cæde cæsare oppugnāte uix capta est. Qualiter ī curia a senatu īterfectus sit cæsar.

Cesar Cleopatre regnum Egypti dedit.

c Aesar Romam rediit:ubi dū reipublicæ statū contra exempla maioꝝ clæmēter instaurat:auctoribus bruto & cassio: conscio etiam senatu plurimo in curia xxiiii.uulneribus confossus interiit:In qua cōiuratione fuisse amplius q̄.lx.cōscios ferunt. Duo bruti & gaius Cassius aliique socii strictis pugionibus in capitolium secesserunt. Diu deliberatum est utrum capitolium cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus enim raptum populus dolore instimulatus in foro fragmentis tribunalium ac subseliorum cremauit. Percensuit latitudinem regni sui Roma cladibus suis:atq; in suam conuersa cædem singulas quasq; gentes ibidem:ubi domuit: uindicauit. Asiæ Europæ atq; africæ non dico tribus mūdi partibus:sed totis trium partium angulis edidit gladiatores suos:feriatisq; inimicis spectaculum miseræ ultionis ingessit. Nec tamē sufficit ipsas quoq; cum auctoribus causas fuisse consumptas: recidiua semina in eodē

agro germinauerunt:magna continuo metentibus malorum incrementa cum magno sudore factura. Victor ciuilis belli a ciuibus Cæsar occiditur: in cædem unius trabuntur agmina consciorum. Certum enim erat: q cæsar indigne peremptus plures posset habere ultores. Plurima nobilitas una simul cathena sceleris copulatur:ne fore tanta malorum materia non belli magnitudine suppleatur:sed uindictæ breuitate tenuetur. Medeam illã fabulæ ferunt dentes quõdam seuisse serpẽtis: e quibus quasi competentes semini seges armati hoĩes terra emerserunt:seseq mox inuicẽ pugnando ꝓstrauerũt Eqdẽ hoc poetarum cõmẽta finxerũt. Nr̃a aũt roma cæsare occiso q̃ta de cineribus eius agmina armata parturiit: q̃ta bella ĩ testimoniũ miseræ fœcũditatis nõ legenda pueris: sed spectanda populis excitauit: & tamen horũ omniũ malorum initium superbia est. Inde surrexerunt bella ciuilia:inde iterum pullularunt. Non ergo iniusta cædes est eoꝝ qui eam iniuste insectãtur:si ambitionis æmulatio per ipsos & ĩ ipsis & agitur & punit: donec q detractauere collegiũ discant ferre dominatum: sũmaq imperii totius ad unũ redacta longe aliud omnes homines uiuendi genus subeant:ut omnes humiliter placere studeant non insolenter offendere:sed ad tam salubrem humilitatis doctrinam magistro opus est. Itaq opportune compositis rebus augusti cæsaris temporibus natus ẽ dominus christus.q cũ ĩ forma dei eẽt:formã serui humiliter assũpsit:ut tũc demum aptior fieret humilitatis ĩstitutio:quãdo iã p totũ mũdũ pœna superbiæ omnibus esset exẽplo.

Comparatio.

Supbia omnium malorum initium.

De potentia & uirtute augusti Cæsaris.

Anno ab urbe cõdita. dccx. interfecto iulio Cæsare Octauius qui testamento iulii cæsaris auunculi & hæreditatem & nomẽ assũpserat:ideq q postea rerum potitus augustus est dictus: simul ut romam adolescens admodum uenit: indolem suam bellis ciuilibus uouit. Nam ut breuiter coaceruationem malorum explicẽ bella ciuilia quinq gessit:mutinense:Philippense:Perusinum:Siculum:Actiacum. E quibus duo:hoc est primum & nouissimum aduersus Marcum Antonium:secũdum aduersus Brutum & cassium:tertium aduersus lucium antonium:quartum aduersus Sextum Pompeium Cnei pompeii filium confecit. Antonius a senatu hostis pronũnciatus Deciũ Brutũ apd mutinã obsidiõe cõcluserat:cõsules hircius & pãsa:& cũ his cæsar ad liberãdũ deciũbrutũ expugnandumq antoniũ missi. Pansa primo ueniens exceptus insidiis inter suorum clades ipse quoq pilo grauiter uulneratus ab eodem uulnere interpositis diebus est mortuus. Hircius auxilium collegæ ferens magnas antonii copias uasta strage deleuit:cæsar eatenus castra custodiuit. Secunda illa aduersũ antonium pugna: magnæ utrinq strages actæ sunt. Nanq tunc ibi Hircius consul occisus est:uictus fuit Antonius:Cæsar uictoria potitus est:cui Decius Brutus de coniuratione occisi iulii cæsaris confessus preces pœnitentiæ fudit. Dolobella trebonium unũ ex interfectoribus cæsaris Smirnæ interfecit. Dolobellam senatus hostem pronunciauit: consilium occisorũ uterq exercitus cæsari paruit. Postea Decius brutus in gallia a sequanis captus & occisus est. Basilius autem æque unus de percussoribus manu seruorum suorum necatus est. Lepidus satis a gente cæsare Antonium recepit in gratiam: atque ob fidem reconciliatæ gratiæ filiam eius matrimonio sortitus est. Inde cum ad urbem accessissent: ac rumor de futura proscriptione ortus esset:Caius Toranius uir prætorius nihil tamen metuens incursu militum domi suæ interfectus est:aliiq complures trucidati sunt. Itaq ne la

quinq bella ciuilia gessit Octauianus Imperator

hircius et Pansa.

Lepidus.

tius atq; effrenatius proscriptorum cædes ageretur.cxxxii senatorum nomina in tabula proposita sunt.primum lepidi præcepto & nomine:deinde antonii:tertio cæsaris.Ibi antonius tullium ciceronē inimicum suum:ibi lucium Cæsarem auunculum suū:& quod exaggerādo sceleri accessit:uiuam matrem proscripserat: ibi lepidus lucium paulū fratrem suum.In eodem proscriptorum numero triginta equites romani:multæ diu & uariæ cædes actæ.Domus proscriptoꝝ direptis omnibus dirutæ sūt. At Dolobella ī Syria multa cū cassio bella gessit:a quo uictus ipse se interfecit.Brutus & cassius magnis exercitibus comparatis apud athenas conuenerunt:totaq; græciam depopulati sunt. Rhodios cassius terra mariq; oppugnatos ad deditiōem coegit: quibus præter uitā nihil reliqt Igitur cæsar & antonius eosdē in macedonia magnis belloꝝ apparatibus psecuti ad mortem cōpulerūt:q̄uis manifestissime illa tūc pugna non uirtute partis Antonii:sed cæsaris fœlicitate confecta sit.Cæsar enim tunc æger cum se in castris capiendæ quietis causa tenere statuisset:hortatu & precibus medici sui:q p somniū admonitū sese fatebat̃: ut ea die castris cæsarem salutis ipsius causa educeret in campum:ægre inter copias egressus est:ac mox castra eius ab hostibus capta sūt:sed rursus cæsariani milites cassii castra cæperūt.Quare ad desperationē adacti brutus & cassius īmaturam sibi mortem ante belli terminum cōsciuerūt.Nā inuitatis percussoribus cassius caput: brutus latus præbuit. At romæ fuluia uxor antonii:socrus cæsaris dominatum :ut mulier agitabat:incertum ī hac mutatione consularis regiique fastigii:utrum deficiētis potētiæ ultima:an incipientis prima nomināda:certe etiam in eos insolens per quos:ut insolesceret agebat̃. Nā & cæsarem reuersū apud brundusium contumeliis:factionibus:insidiisq; periit.A quo ꝓpulsata ad antonium cōcessit ī græciā.Sextus pompeius postq̄ se in proscriptoꝝ numeꝝ relatum comperit:cōuersus in latrocinia oēm oram italiæ cædibus rapinisq; uastauit.Sicilia prærepta:cōmeatibusq; impeditis romam fame affecit.Mox cum eo pacem trium uiri:ut non dicam tyranni:idest lepidus:Cæsar:antoniusq; fecerunt. Sed cōtinuo cū cōtra pactum pompeius fugitiuos allegeret:ut hostis habitus est. Mœna libertus pōpeii cum.lx.nauium classe ad Cæsarem defecit:eidemq; classi ipse iussu Cæsaris præfuit.Idēq; continuo cum statilio tauro aduersus menecratum pompeianum ducē nauale bellum gessit.Deinde ipse cæsar aduersus eosdem pōpeianos cruentissimum bellum gessit nauale confecit:sed continuo uictricem classem pene uniuersam apud Syllaceum naufragio amisit. Ventidius persas & parthos ī syriā irrumpentes tribus bellis maximis fudit: regemq; eoꝝ pacoꝝ in acie interfecit:ea scilicet die qua crassus a parthis fuerat occisus: ātonius uno uix castello expugnato pacem cū antiocho fecit:ut ipse tātā rem cōsumasse uideret̃.Ventidiū Syriæ præfecit:iussitq; ut antigono bellū inferret:q iudeos tunc forte debellauerat:captisq; hierosolymis templum spoliauerat:regnumq; hærodi dederat. Quem continuo uictum in deditionem recepit.Mœna libertus cū sex nauibus ad pōpeium rediit:a quo clementer receptus Cæsaris classem incendit:q̄uis nuper Cæsar alteram secundo naufragio perdidisset.Ideq; mœna postea ab agrippa nauali prælio circūuentus cum sex triremibus ad Cæsarem transiit.Sed hunc Cæsar tertio transfugam indulta tantum uita segnem reliquit.Deinde agrippa inter milas & liparas aduersus Democham & pompeium nauale bellum gessit:ac uicit:ibiq; tunc naues.xxx.aut demersit aut cepit:reliquis laceratis.Pompeius deniq; mesanā confugit.Cæsar interea Taurome-

Brutus et Cassius mortem sibi consciuerunt.

Sextus pompeius.

Moena libertus Pompeii ad Cesarē defecit.

Regnū Iudeorum herodi traditum.

niam traiecerat: quem repentino impetu pompeius afflixit. Vnde multis diuersis nauibus suis ac magna multitudine suorum militum perdita in italiam Cæsar aufugit: nec interueniente mora in Siciliam rediit: ibiq; lepidum ex africa aduentantem obuium habuit: summas sibi partes terrore: minis: ac superbia uendicantem. Post dies paucos agrippa iussu Cæsaris a littore cum acie instructa prospectans atrocissime nauali prælio aduersus Pompeium conflixit: & uicit. Nam. clxiii. naues aut demersit: aut cepit. Pompeius cũ x. &. vii. nauibus uix elapsus euasit. Lepidus magna. xx. legionũ insolentia tumẽs: cum messanam militibus permissam diripuisset: ipsum Cæsarem ad se uenientem semel atq; iterum spreuit: ac potius telis appeti iussit. Quæ ille collecta in leuum brachium lacerna repellendo uitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus instructo exercitu aduersus lepidũ ueniens plurimas legiones Lepidi: paucis interfectis: transire in suam partem cõpulit. Lepidus tamen intelligens: quo uanitas sua tenderet: deposito paludamento: assũptaq; ueste pulla supplex Cæsari factus uitam & bona impetrauit perpetuo quidẽ mulctatus exilio. Taurus Cæsaris præfectus totam pene Siciliam ferro pertentatam: cõterritãq; in fidem recepit. xliiii. legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erant. Milites multitudine ferociores quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt.

De Antonio uicto & mortuo.

Ed Cæsar animo ingens. xx. M. militum exauctorauit. xxx. M. seruorum dominis restituit. vi. M. quorum domini non extabant: in crucem egit. Ouans urbem ingressus: ut in perpetuum tribunitiæ potestatis esset: a senatu decretũ est. His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit: ac per totũ diem largissimo riuo fluxit. Antonius uero postq̃ araxem transmisit: omnibus undique malis circũuentus: tandem antiochiam cum paucis rediit. Nam cum multitudine eqtũ & sagittarioꝝ ab oĩbus præliis: quæ plura tentauit uictus effugeret: tum præterea icertis & ignotis locis ĩpeditus grauissima fame ad nefãdos cibos coactus est: plurimiq; militũ sese hostibus dediderunt. Inde ĩ græciam transiit: iussitq; põpeium: q̃ uictus a Cæsare exercitum bellumq; reparabat: cum paucis ad se uenire. Põpeius fugiẽs a tito & formo antonianis ducibus sæpe terrestri naualiq; bello uictus & captus: ac post paululum interfectus ẽ. Cæsar illyricum & Pannoniam partemq; italiæ bellis subegit & domuit. Antonius artabanem armeniæ regem proditione & dolo cepit: Quem argentea cathena uinctum ad cõfessiõem thesauroꝝ regioꝝ coegit. Expugnatoq; oppido: ĩ quo cõditos eẽ prodiderat: magnam uim auri argẽtiq; abstulit: Qua elatus pecunia denũciari bellũ Cæsari atq; octauiæ sorori Cæsaris & uxori repudiũ indici iussit: & Cleopatram sibi ex alexandria occurrere ĩperauit: Ipse actium: ubi classẽ cõstituerat profectus: cum prope tertiam partẽ remigũ fame absũptã offendisset: nihil motus: remi inqt modo salui sint. Nam remiges non deerũt: quoad græcia hoĩes habuerit: Cæsar. ccxxx. rostratis nauibus a brũdusio in epiꝝ profectus est. Agrippa uero præmissus a Cæsare multas onerarias naues frumento atq; armis graues ab ægypto Syria asiaq; ad subsidium antonio uenientes cepit. Peragratoq; peloponnensiũ sinu methonã urbẽ ualidissimo antoniano præsidio munitam expugnauit. Inde Corcyram cepit: fugientes nauali prælio persecutus ꝓfligauit: multisq; rebus cruentissime gestis ad cæsarem uenit. Antonius defectu & fame militum suorum commotus bellũ instituit maturare: ac repente instructis co-

piis ad cæſaris caſtra proceſſit:& uictus eſt. Tertio poſt fugam die caſtra antonius ad actium tranſtulit nauali prælio dimicare paratus. ccxxx.roſtratæ fuere Cæſaris naues: &.xxx.ſine roſtris:triremes uelocitate liburnicis pares:& octo legiones claſſi ſuperpoſitæ abſq; cohortibus.v.prætoriis.Claſſis antonii.clxx.nauium fuit:quãtum numero cedens:tantũ magnitudine præcellẽs.Nam.x.pedum altitudine a mari aberat: Famoſum & magnũ hoc bellũ apud actium fuit.Ab hora qnta uſq; in horam ſeptimam : incerta uincendi ſpæ grauiſſime utrinq; cædes actæ : reliquũ diei cũ ſubſequẽte nocte ĩ uictoriã Cæſaris declinauit.Prior regina Cleopatra cum.lx.uelociſſimis nauibus fugit. Antonius quoq; detracto inſigni prætoriæ nauis fugientem ſecutus uxorẽ ẽ.Illuceſcẽte iam die uictoriã Cæſar cõſumauit.xii.M.ex uictis cecidiſſe referũtur.vii. M.uulnerata ſunt:e quibus.M. intercurandũ defecerunt.Antonius & cleopatra cões liberos cũ parte regiæ gazæ ad rubrum mare præmittendos cenſuerũt:ipſi præſidiis circa duo ægypti Peluſiũ parethoniũq; diſpoſitis claſſem : & copias inſtaurando bello parauerũt. Cæſar ſextum imperator appellatus:& quartũ ipſe cũ marco Lycinio craſſo conſul Brũduſium uenit: ibiq; orbis terrar̃ præſidia diuiſis legionibus cõpoſuit:Inde ĩ ſyriam:mox Peluſiũ adiit: ubi ab antonianis præſidiis ultro ſuſceptus ẽ.Interea cornelius gallus præmiſſus a cæſare.iiii.legiões quas antonius apud cyrenas præſidii loco conſtituerat:ſuſcepit ĩ fidẽ : atq; ide Paræthonium primam ægypti a Libyæ parte ciuitatem uicto cepit antonio:ipſũq; continuo apud Phar̃ uicit.Antonius equeſtre aduerſus Cæſarem bellũ iniit: ĩ eo quoq; miſerabiliter uictus aufugit.Kalendis ſextilibus prima luce antonius cũ ad inſtruendã claſſem in portum deſcenderet:ſubito uniuerſæ naues ad cæſarẽ tranſierũt. Cũq; unico præſidio ſpoliatus eẽt:trepidus ſe cum paucis recepit in regiam.Deinde ĩminente cæſare turbataq; ciuitate idem antonius ſeſe ferro tranſuerberauit:ac ſemianimis ad cleopatrã ĩ monumentum:in qđ ſe illa mori certa condiderat:perlatus eſt:cleopatra poſtq̃ ſe ad triumphum ſeruari intellexit:uoluntariam mortem petens:ſerpentis:ut putatˀ: morſu in ſiniſtro tacta brachio exanimis inuẽta eſt:fruſtra cæſare etiam pſyllos admouente:q uenena ſerpentium e uulneribus hominum hauſtu reuocare atq; exugere ſolent:cæſar alexandria urbe omnium longe opulentiſſima & maxima uictor potitus eſt. Nam & Roma intantum opibus eius aucta eſt:ut ꝓpter abundantiam pecuniarum duplicia: q̃ uſq; ad id fuerant:poſſeſſionum aliarumq; rerum uenalium precia ſtatuerentur. Occiſi ſunt iuſſu cæſaris maior antonii filius & Publius caninius infeſtus ſemp cæſari : ſed & antonio infidus:& caſſius Parmenſis ultima uiolati patris cæſaris uictima:& Quintus Ouinius ob eã maxime notam:ꝙ obſcœniſſimæ lanificio textrinoq; reginæ:ſenator populi Romani præeſſe non erubuerat.Dehinc cæſar pedeſtribus copiis in Syriam uenit: deĩde ĩ Aſiã ad hiberna cõceſſit:ac poſt ꝑ Græciã Brunduſium peruectus eſt.

Hic Cæſar primum imperator Auguſtus eſt ſalutatus.

a Nno ab urbe.dccxxvi.ipſo imperãte Cæſare Auguſto & lucio Appuleio cõſulibus:Cæſar uictor ab oriente rediens octauo idus Ianuarii urbẽ triplici triũpho ingreſſus eſt:ac tũ primũ ipſe iani portas:ſopitis oibus finitiſq; bellis ciuilibus clauſit.Hoc die primũ auguſtus cõſalutatus ẽ. Qđ nomẽ cũctis antea ĩuiolatũ: & hucuſq; cæteris inauſũ dominis:tãtũ orbis licite uſurpatum apicẽ declarat impii:atq; ex eodẽ die ſumma rer̃ ac poteſtatum penes unum cœpit eẽ:& mãſit:qđ græci monarchiã

Antonius ipsusmet trucidatio

Cleopatre voluntaria mors

Iani porte clause

Monarchia post Octauianũ cesare solũ esse cepit

uocant. Porro autē hunc esse eundē diē: hoc ē octauo idus ianuarias: quē nos epiphaniā: hoc ē apparitionē siue manifestationē dominici sacramēti obseruamus: nemo credentiū siue etiam fidei contradicentium nescit. De quo nostræ istius fidelissimæ obseruationis sacramēto uberius nūc dicere nec ratio nec locus flagitat: ut & quærentibus reseruasse: & negligentibus non ingessisse uideamur. Hoc autē fideliter cōmemorasse ideo par fuit: ut p oia uenturi christi gratia præparatū Cæsaris impiū cōprobet. Nā cum primū gaio Cæsare auunculo suo interfecto ex apollonia rediens urbem ingrederetur: hora circiter tertia repēte liquido ac puro sereno circulus ad speciē cœlestis arcus orbem solis ambiit: quasi unum eū ac potissimū in hoc mūdo solumq; clarissimū in orbe mōstraret. cuius tē pore uēturus eēt: q ipsum solum solus: mundūq; totum & fecisset & regeret.

De restauratione seruorum dominis.

Einde cū secūdo i sicilia receptis a pōpeio & lepido legiōibus. xxx: seruoꝝ. M. dominis restituisset: & .xliiii. legiones solus impio suo ad tutamē orbis terrarū distribuisset: ouansq; urbem ingressus oia superiora populi romani imperatori dedita donāda litteraꝝ etiā monumentis nedum aboleri cēsuisset: in diebus ipsis fons olei largissimus: sicut superius expressi: de taberna meritoria p totū diem fluxit. Quo signo qd euidētius q̄ in diebus Cæsaris toto orbe regnātis futura christi natiuitas declarata ē? Christus enim lingua gentis in qua & ex qua natus est: unctus interpretatur. Itaq; cum eo tpe: quo Cæsari perpetua tribunitia potestas decreta est: Romæ fons olei per totum diē defluxit sub principatu Cæsaris romano imperio per totum diem hoc ē per oē romani tempus impii: christum & ex eo christianos: idest uinctū atq; ex eo uinctos de meritoria taberna: hoc est de hospitali largaq; ecclesia affluenter atq; incessabiliter processuros: restituēdosq; per Cæsarem omnes seruos: q tamen cognoscerent dominum suū cæterosq; q sine domino inuenirent: morti supplicioq; dedendos: remittēdaq; sub Cæsare debita peccatoꝝ i ea urbe: i qua spōtaneū fluxisset oleū: euidētissima his: q pphetarū uoces nō audiebāt: signa i cœlo & terra pdigia pdiderunt. Tertio autē cum urbē triumphans qntū cōsul igressus est: eo scilicet die quē supra nominauimus: cū & ianū post. cc. annos primum ipse clausit: & clarissimum illud augusti nomē assumpsit: qd fidelius ac uerius credi: aut cognosci potest. cōcurrētibus ad tātā manifestationē pace: noie: die: quā hunc occulto qdē gestoꝝ ordine ad obsequm præparatiōis eius prædestinatum fuisse: q eo die: quo ille manifestādus mundo post paululum erat: & pacis signum prætulit: & potestatis nomen assumpsit? Quid autē i quarto reditu cum finito Cantabrico bello: pacatisque omnibus gentibus: Cæsar urbem repetiit ad contestationem fidei: quam exprimimus actum sit: ipso ordine melius proferetur.

Hic dicitur ubi Cæsar in Hispania uti gentes legibus suis phibens Iani portas apuit.

NNO ab urbe condita. dccxxvi. imperatore Augusto Cæsare sexies: & bis Marco Agrippa consulibus: Cæsar parum in Hispania per ducentum annos actum intelligens: si Cantabros atq; Astures duas fortissimas gentes Hispaniæ suis uti legibus sineret: aperuit iani portas: atque in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Gallatiæ prouinciæ portio sunt: qua extētum Pyrenei iugum haud procul secundo oceano sub septentrione deducitur. Hi nō solum ppriam libertatē tueri parati: uerum etiam finitimoꝝ præripere ausi uacceos & Gurgo-

nios & aurigonas assiduis eruptionibus populabantur. Igitur Cæsar apud Segissamam castra posuit: tribus agminibus totã pene amplexus Cãtabriã. Diu itaq; fatigato frustra atq; i piculũ sæpe deducto exercitu: tãdẽ ab aqtanico sinu p oceanũ icautis hostibus admouere classem: atq; exponi copias iubet. Tũc demũ cãtabri sub mœnibus belgicæ maximo cõgressu belli euicti i Vinniũ mõtẽ natura tutissimũ cõfugerũt: ubi obsidione famis ad extremũ pene cõsũpti sunt. Aracillũ deĩde oppidũ magna ui ac diu repugnãs postremo captũ ac dirutũ ẽ. Præterea ulteriores gallatiæ partes: quæ mõtibus siluisq; cõsitæ oceano terminant̃: Antistius & Firmius legati magnis grauibusq; bellis perdomuerunt. Nã & meduliũ mõtẽ minio flumini iminẽtẽ: i quo se magna multitudo hoium ruebat̃ p .xv. millia passuũ fossa circũseptũ obsidione cixerũt. Itaq; ubi se gẽs hoium trux natura: & ferox: neq; tolerãdæ obsidioni sufficiẽtẽ: neq; suscipiẽdo bello parẽ intelligit ad uolũtariã mortẽ seruitutis timore cõcurrit. Nã se pene oẽs certatim igne: ferro ac ueneno necauerũt. Astures uero positis castris apud asturã flumẽ romanos: nisi ꝓditi præuẽtiq; eẽnt: magnis cõsiliis uirtutibusq; oppressissent. Tres legatos cũ legionibus suis i tria castra diuisos tribus æque agminibus obruere moliti repenti suorum ꝓditione detecti sũt. Hos postea Carisius bello exceptos: nõ parua etiã romanoꝶ clade supauit. Pars eorũ prælio elapsa lanciã cõfugit. Cũq; milites circũdatã urbẽ icẽdio adoriri pararent: dux carisius & a suis cessationẽ ipetrauit icẽdii: & a barbaris uolũtatẽ deditiõis exegit. Studiose eni nitebat̃ itegrã atq; icolumẽ ciuitatẽ uictoriæ suæ testẽ relinquere. Cãtabricæ uictoriæ hũc honorẽ detulit cæsar: ut tũc quoq; belli portas claustro cohiberi iuberet. Ita tunc secũdo p cæsarẽ quarto post urbẽ cõditã clausus ẽ Ianus. Post hoc claudius drusus priuignus cæsaris: galliã rhetiãq; sortitus maximas fortissimasq; gentes germaniæ armis subegit. Nã tũc ueluti ad cõstitutũ diẽ pacis festinarẽt: ita oẽs ad experiẽtiã belli: decisionẽue fœderis undatim gẽtes cõmouebant̃: aut suscepturæ cõditionẽ pacis: si uicerent̃ aut usuræ qeta libertate: si uicerẽt: Norici: Illyrici: Pãnonii: Dalmatæ: mœsii: thraces & Daci: Sarmathæ plurimiq; & maximi Germãiæ populi p diuersos duces uel supati uel repressi: uel etiã obiectu maximoꝶ fluminũ Rheni danubiiq; seclusi sunt. Drusus i Germania primo Susiperes: deĩde Tencateros & Cathos perdomuit. Marcomãnos pene ad iternitionẽ cecidit. Postea fortissimas nationes: & qbus natura uires: cõsuetudo expiẽtiã uiriũ dabat. Cheruscos. Sueuos & Sycãbros pariter uno bello: sed etiã suis aspo supauit Quoꝶ ex eo cõsiderari uirtus ac feritas põt: ꝙ mulieres quoq; eoꝶ siquãdo præuentu romanoꝶ iter plaustra sua cõcludebãtur: deficiẽtibus telis: uel qualibet re: qua uelut telo uti furor possit. paruos filios collisos humi i hostiũ ora iaciebãt: i singulis filiorum necibus bis parricidæ. Tũc ẽt i aphricã Vsulanos & getulos latius uagãtes: Cossus dux cæsaris artatis finibus coercuit: atq; romanis limitibus abstinere metu cõpulit. Interea cæsarem apud Tarraconẽ citerioris hispaniæ urbẽ legati Indoꝶ & Scythaꝶ toto orbe transmissi tãdẽ ibi iuenerũt: ultro qd iã quærere nõ possent. Refuderunt i cæsarem Alexãdri magni gloriã: quem sicut hispanorum gallorũq; legatio i medio oriẽte apud babylonẽ cõtẽplatione pacis adiit: ita hunc apud hispaniã in occidẽtis ultimo supplex cũ gẽtilico munere Eous: Indus & Scytha Boreus orauit. Cantabrico bello per quinq; annos acto: totaq; hispania i æternã pacẽ cũ quadã respiratiõe lassitudinis reclinata ac reposita: Cæsar romam rediit. Quibus etiam diebus multa per se: multaq; per duces & legatos bel

Claudius drusus priuignus cæsaris.

mulieres ferocissime.

pax toto orbi parta Cæsare apud Tarraconem hispaniæ existenti.

Piso
Tyberius priuignus Cesaris
Suetonius
Parthi fedus cū Cesare augusto inierunt
Iani porte 3° clause ac rubigine pp ocium signate
Octauianus Imperator dn̄i appellationem declinauit
Christi natiuitas

la gessit. Nā iter cæteros & piso aduersū Videlicos missus est. Quibus subactis uictor ad cæsarē Lugdunū uenit. Pānonios nouo motu itumescētes Tyberius priuignus cæsaris cruētissima cæde deleuit. Ideq; cōtinuo germanos bello arripuit: e qbus. xl. millia captiuos uictor adduxit. Quod reuera bellū maximū et formidolosissimū. xv. legiōibus p trienniū gestū ē: nec fere ullū maius bellū: sicut Suetonius attestat̄ post punicum fuit. Sub eodē uero tēpore Quitilius uarus cū tribus legionibus a Germanis rebellātibus: mira supbia atq; auaritia ī subiectos se agens: fūditus deletus ē. Quā reipu. cladē Cæsar augustus adeo grauiter tulit: ut sæpe p uim doloris caput parieti collidens clamaret: Quintili Vare redde legiones: Bosphoranos uero agrippa superauit: & signis romanis: quæ illi quondā sub mithridate sustulerant: bello recupatis uictos ad deditionē coegit. Parthi quasi toto terrarū orbe uel domito uel pacato omniū oculis signarent̄: atq; ī se solos oīs uigor romani īperii uertēdus eēt: qppe quos pristina ulciscēdæ Crassianæ cædis cōsciētia mordebat: ultro signa: quæ Crasso īterfecto abstulerāt: ad Cæsarem remiserunt: regiisq; obsidibus traditis: firmū fœdus fideli supplicatione eruerūt. Anno ab urbe condita. dcc lii. Cæsar augustus ab oriēte ī occidētē: a septētrione ī meridiē: ac p totū oceani circulū cunctis gentibus una pace cōpositis iani portas tertio ipse clausit. Quas æuo p. xii. fere annos qetissimo semp obseratas ocio ipsa etiā rubigo signauit: nec prius unq̄: nisi extrema senectute augusti pulsatæ Atheniēsium seditiōe & Dacorū cōmotiōe patuerāt. Clausis igit̄ Iani portis rem pu. quā bello quæsiuerat pace enutrire: atq; amplificare studēs: leges plurimas statuit: p quas humanū genus libera reuerentia disciplinæ morē gereret. Domini appellationē ut hō decliauit. Nā cum eodē spectāte ludos pronūciatū eēt a quodā mimo: o dominū æquū & bonū: uniuersiq; quasi de ipso dictū eē exultātes approbauissent: stati qdē manū uultuq; idecoras adulationes repressit: & ī sequēti die grauissimo corripuit edicto: dominūq; se post hoc appellari: ne liberis quidē aut nepotibus suis uel serio uel ioco passus ē. Igit̄ eo tēpore: idest eo anno: quo firmissimam uerissimāq; pacē ordinatiōe dei Cæsar cōposuit: natus ē christus: cuius aduētui pax ista famulata ē: ī cuius ortu audiētibus hoibus exultātes angeli cecinerunt. Gloria in excesis deo: & ī terra pax hoibus bonæ uolūtatis: eodēq; tēpore hic: ad quē rerū oium sūma concesserat: dominū se oīum appellari nō passus ē: imo non ausus: qa uerus dominus totius generis humani iter hoīes natus erat: eodēq; anno tūc primū idē Cæsar: quem his tantis mysteriis prædestinauerat deus: censum agi singularum ubiq; prouinciarum: & censeri omnes hoīes iussit: quando & deus homo uideri & esse dignatus est. Tunc igitur natus est christus: Romano censui stati ascriptus est. Hæc est prima illa clarissimaq; professio: quæ cæsarem omnium principem: romanosq; dominos rerū sigillati cūctorū hominum edita ascriptione signauit: in qua se & ipse qui cunctos homines fecit inueniri hominem ascribi inter homines uoluit. Quod nunq̄ penitus ab orbe condito: atq; ab exordio generis humani in hūc mūdū: ne babylonio qdē uel macedonico: ut nō dicā minori cuiq; regno cōcessū fuit: nec dubiū: qn oīum cognitiōi fidei īspectioniq; pateat q; dominus nr̄ Iesus christus hāc urbē nutu suo auctā defēsāq; ī hūc rerū apicē puexerit: cuius potissime uoluit eē: cū uenit dicēdus utiq; ciuis Romanus census pfessione romani. Quāobrem qa ad id tēporis peruētū est: quo & dominus christus hunc mundum primū aduentu suo illustrauit: regnūq; cæsari trāquillissimū dedit: hūc quoq; sex-

tũ libellum hoc fine cõcluſerim:ut germinantia tempora chriſtiana:magiſq; inter repri
mentiũ manus creſcẽtia:& quæ adhuc in prouectu poſita horũ ipſorũ:qbus hæc reſpon-
dere cogimur inſectatione mordẽtur:ſeptimo libello:ſi tamẽ adiuuãte domino ſuffece-
rim:cõprehendã:ut quoniã ab initio & peccare hoĩes & puniri propter peccata nõ tacui.
nũc quoq; quæ perſecutiones chriſtianorũ actæ ſunt:& quæ ultiones ſecutæ abſq; eo qđ
oẽs ad peccãdũ generaliter pni ſunt:atq; ideo ſigillati corripiũtur:expediã.

omnes ad peccandum generaliter proni sunt

Pauli oroſii uiri doctiſſimi in ſeptimũ hiſtoriarũ librũ prologus.

VFFICIENTER:ut arbitror:documẽta ſũt collecta:quibus abſq;
ullo archano:quod paucorũ fideliũ eſt:probari de medio queat:unum il-
lũ & uerũ deũ:quẽ chriſtiana fides prædicat: & cõdidiſſe mundum crea
turamq; eius cũ uoluit:& diſpoſuiſſe ꝑ tẽpora multa:cũ a multis ignora-
retur:& cõfirmaſſe ad unũ:cũ per unicũ declaratus ẽ:ſimulq; potentiam
patientiãq; eius multimodis argumẽtis eluxiſſe.In quo qdem anguſtas deiectaſq; men
tes offendi pauliſper intelligo: q tantæ potentiæ patientia tanta miſcetur. Si enĩ potens
erat inquiunt creare mũdũm:componere pacem mundi:inſinuare mundo cultũ ad no
ticiam ſui:qd opus fuit tanta:uelut ipſi ſentiunt:& tã pernicioſa patientia:ut in ultimo er
roribus:cladibus:laboribuſq; hoĩum fieret:qđ a pricipio uirtute eius: quẽ prædicas:dei
ſic potius cœpiſſe potuiſſet.Quibus quidẽ ueraciter reſpondere poſſem:ad hoc ab ini
tio creatum et iſtitutum humanum genus:ut ſub religiõe cum pace et ſine labore uiuẽs
fructũ obedientiæ æternitatem ꝑmereret:ſed abuſum bonitate creatoris libertatẽ indul
gẽtis i contumaciæ uertiſſe licẽtiam:atq; ex contemptu in obliuionẽ defluxiſſe: iuſtãq;
nunc eẽ patientiã dei:& iuſticiam in utranq; partem:ut nec contemptus diſperdat i to-
tum:cui miſereri uelit:& affici laboribus dum uelit:ſinat contemptus potens. Deinde
ſubſequẽs eẽ:iuſte ſemp adhibere:q̃uis ignorãti gubernationẽ:cui aliquando pie reſti-
tuturus ſit pœnitẽti ãtiquæ gratiæ facultatẽ.Sed hæc quoniã:etſi ueriſſime fortiſſimeq;
dicuntur:fidelẽ tamẽ atq; obediẽtẽ reqrunt:mihi autem ſi uidero aliquem ex credituris:
certe nũc cum incredulis actio ẽ:promptius ea proferã:quæ ipſi etſi probare noluerint:i-
probare nõ poſſint.Itaq; q̃tũ ad cõſciẽtiam humanarũ mẽtiũ ptinet:utriq; ſub reuerẽtia
religiõis & cõfeſſione:cultuq; ſupnæ potẽtiæ uiuimus:diſtãte duntaxat fide: qa noſtrũ
eſt fateri ex uno & p unnm deũ conſtare oĩa:illorum tam multos deos putare: q̃ multa
ſunt elementa.Si potentiæ dei inquiunt quem prædicatis fuit.ut Romanũ imperiũ tam
amplum ac tam ſublime fieret:cur igitur patientiæ eiuſdem obfuit ut ante non fieret?
Quibus ſub eodem uerbo reſpondebitur.Si potentiæ & deorum:quos prædicatis fuit:
ut romanũ iperiũ tã amplũ ac tã ſublime fieret:cur igiť patientiæ eorundẽ obfuit ut ante
nõ fieret:an ipſi dii nõdũ erãt:an adhuc roma ipſa nõ erat: an illi nõ colebanť: an hæc
nõdũ idonea ad iperiũ uidebať?Si nõdum erãt dii:aut potẽtia:ceſſat itẽtio. Vt qd enĩ iã
ibi eorũ diſcutio morã:ubi ne ipſam quidem iuenio naturam?Si autem erãt dii:aut potẽ
tia eorum:ut ipſi iudicant:aut patientia in culpa eſt:uel patientia ſi fuit:uel potẽtia ſi de-
fuit:aut ſi magis ſuaſibile uidetur eẽ:tũc qdẽ deos q̃ ꝑuehere potuiſſent:ſed nõdum exti
tiſſe romanos q ꝑuehi iure poſſẽt.Nos aũt auctorẽ rerũ potẽtiã: nõ artificẽ ſciẽtiã quæ-
rimus.De diis qppe ut putãt:magnis.nõ de fabris uiliſſimis quæſtio eſt:qbus niſi mate-

tia accedat ars cessat. Si enim præscisse illis ac uoluisse præsto semp fuit: imo etiam sub iacente præscientia: quia apud oipotentiam de operibus dūtaxat suis hoc est præscire: qđ uelle. quodcūq; illud præsciebatur: cui uoluntas astipularetur: non expectari oportu it: sed creari maxime cum & iuonem illum suum aceruos formicarū in populos hoīum ludo uertere solitū ferant. Porro aūt de cura cærimoniarum: nec recēsendū arbitror: quo niam inter sacra continua incessabilibus cladibus nullus finis: nulla requies fuit. nisi cū saluator mūdi christus illuxit: cuius aduentui prædestinatam fuisse īperii romani pacē: & suā sufficienter ostendisse me arbitror: paucis tamen adhuc supplere conabor. Princi pio secūdi libelli cum tempora romanæ conditionis stili tenore pstringerem: multa con uenienter inter babyloniam urbem assyriorum tunc principem gentium: & romanam nunc æque gentibus dominantem cōpacta conscripsi: fuisse illud primum: hoc ultimū imperiū: illud paulatim cædens: at istud sensim conualescēs defluxisse: illi sub uno tēpo re nouissimum regem: isti primum regem fuisse. Iam deinde tunc inuadēte Cyro captā uelut in mortē concidisse: cūctam fiducialiter assurgentem: post expulsos reges: liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cum uendicante libertatem suam roma: tunc quoq; iude orum populus: qui apud babyloniam sub regibus seruiebat: in sanctam hierusalem re cepta libertate redierit: templūq; domini: sicut a prophetis prædictum fuerat: reformarit Præterea intercessisse dixeram inter babylonium regnum: quod ab oriente fuerat: et ro manum: quod ab occidente consurgens: hæreditate orientis enutriebatur: Macedonicū africanumq; regnū: hoc est quasi a meridie ac septētrione breuibus uicibus partes tuto ris curatorisq; tenuisse. Orientis & occidentis regnū æque babyloniū & romanum iure uocitari: neminē unq̄ dubitasse scio. Macedonicum regnum sub septētriōe eē cum ipsa cœli plaga: tū Alexandri magni aræ positæ usq; ad nunc sub Rhypeis montibus docent Carthaginē uero uniuersæ præcelluisse Aphricæ: & non solū in Siciliam: Sardiniā: cæ terasq; adiacētes insulas: sed etiā in Hispaniam regni terminos tetendisse: historiarum si mul monumenta urbiumq; declarant. Dictū est etiam uastatæ p Medos babyloniæ: & irruptæ p Gothos romæ pares admodū annorū numeros cucurrisse. Nūc autem his il lud adiicio: quo magis clareat unum esse arbitrum sæculorū: regnorū: locorumq; oium deū. Regnum carthaginēse a conditione usq; ad euersionem eius paulo amplius q̄. dcc. annis stetit: æque regnum Macedonicum a carano usq; ad persen paulominus q̄. dcc. utrūq; tamen septenarius ille numerus: quo iudicantur omnia terminat. Roma ipsa etiā q̄uis ad aduētum domini nostri Iesu christi perfecto proueheretur imperio: tamen pau lulū & ipsa in occursū numeri huius offendit.

Hic dicitur quomodo Roma graui incendio uastata est.

Am. dcc. conditionis suæ anno. xiiii. uicos eius icertum unde consurgens flam ma consumpsit: nec unq̄: ut ait Liuius: maiore icendio uastata est adeo: ut post aliquot annos: cæsar Augustus ad reparationem eorū: quæ tunc exusta erant: magnā uim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poterā quoq; ostendere eūdē dupli catū numerū māsisse babylōiæ. quæ post. M. cccc. & qđ excurrit: ānos ultima a cyro re ge capta ē: nisi præsētiū cōtēplatiōe reuocarer. Illđ sane libēter adiicio: qđ primū illius re gū oium Nini: q̄uis et pr̄ eius Belus obscure primus regnasse referat: āno postq̄ regnare

Liuius

cœperat. xliii. natus est ille sanctus abraam: cui dictæ sunt repromissiones: ex cuius semine repromissus ē christus: deinde nunc primi istius imperatorum omnium Augusti cæsaris: q̄uis & pater eius cæsar metator īperii potius q̄ īperator extiterit. Istius inq̄ cæsaris: posteaq̄ īperare cœpit emenso propemodū anno. xlii. natus est christus: q abraam sub Nino primo rege fuerat repromissus. Natus ē aūt. viii. kalēdas ianuarii: cū primum īcremēta oīa anni uenīetis īcipiunt. Ita factum est ut cum abraam. xliii. natus sit anno sub fine. xlii. natiuitatis christi conueniret: ut iam non ipse ī parte tertii anni: sed in ipso potius tertius ānus oriret᷑. Qui ānus: q̄tis: q̄ nouis: q̄q; īusitatis bonis abūdauerit: satis etiā me nō proferēte cōpertū haberi arbitror: toto terraꝝ orbe una pax oīum: nō cessatione: sed abolitione belloꝝ: clausæ iani gemini portæ extirpatis belloꝝ radicibus non repressis: cēsus ille primus & maximus fuit: cum in hoc unū cæsaris nomē uniuersa magnaꝝ gētiū creatura iurauit. simulq; p cōmunionē cēsus unius societatis effecta ē. Igitur āno ab urbe cōdita. dcc. xlii. natus ē christus salutarē mundo afferēs fidē: uere petra medio rerū posita: ubi cōminueret᷑ q offenderet: qui crederet saluaret᷑. uere ignis ardēs: quē q sequtur: illuminat᷑: q tētat exurit᷑. Ipse ē christus christianorū caput: saluator bonorū: maloꝝ punitor: iudex oīum: q formā secuturis uerbo & ope statuēs: quo magis doceret patiētes ī persecutionibus: quas pro uita æterna exciperent: eē oportere: mox ut uirginis partu editus mūdo apparuit: a passionibus suis cœpit. Nāq; eum rex iudeæ Herodes simul ut natū comperit: necare decreuit: plurimosq; tūc paruulos: dū unū īsectat᷑ occidit. Hic malignis īprobe īcurrētibus digna punitio ē. Hinc inq̄tū trāq̄lle agit᷑ mundus: credētiū grā: inq̄tū pernitiose inquietatur: blasphemātiū pœna ē: securis p omnia christianis fidelibus: q̄bus aut æternæ uitæ reqes in tuto: aut etiam huius ī lucro ē: q̄d promptius cū per ordinē referā: ipsis rebus ostēdā. Postq̄ redemptor mūdi dominus iesus christus uenit in terras: & cæsaris censū ciuis romanus ascriptus est: dū p. xii. ut dixi ānos: clausæ belli portæ beatissimæ pacis tranq̄llitate cohiberent᷑: Gaiū nepotē suū Cæsar augustus ad ordināndas ægypti syriæq; prouincias misit: q præteriens ab ægypto fines palestinæ apud hierosolymā in templo dei tūc sancto & cælebri adorare cōtempsit: sicut Suetonius tranq̄llus refert. Quod ut augustus cōperit: prauo usus iudicio: eū prudenter fecisse laudauit. Itaq; anno imperii Cæsaris. xlviii. adeo dira romanos fames consecuta est: ut Cæsar lanistarum familias omnesq; peregrinos: seruorum quoq; maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus trudi urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctū dei & correpto per famem populo: quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. Deinde ut uerbis Cornelii taciti loquar: sene Augusto ianus patefactus: dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpe ex usu. & aliquando cum damno quæruntur: usq; ad uespasiani durauit imperium. Hucusq; Cornelius. Cæterum & tūc capta euersaq; urbe hierosolymarum: sicut prophetæ pronunciauerant: extinctisq; iudæis Titus: q ad uindicandum domini nostri Iesu christi sanguinē iudicio dei fuerat ordinatus: uictor triumphans cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur etsi sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus: tamen per multa tempora ex eo: q̄uis in procinctu esset exercitus: nulla bella sonuerunt. Vnde etiam dominus Iesus christus in euangeliis cum temporibus illis in summa tranquillitate uniuersus mundus ageretur: cunctasq; gentes pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset: de conditione tem-

Abraam

āno ab urbe condita 742 natus est christus

Gaius nepos Cæsaris Augusti

Suetonius Tranquillus.

Cornelius Tacitus.

poꝝ ſubſequētium īter cætera ſic ait. Audituri autem eſtis prælia & opiniones prælioꝝ: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primum fieri: ſed nōdum ē finis. Cōſurget enim gēs ī gētē: & regnum ī regnum: & erunt peſtilētiæ & fames & terræmotus p loca. Hæc autē oīa initia ſunt doloꝝ. Tūc tradēt uos in tribulationē: & occidēt uos: & eritis odio oībus gentibus ꝑpter nomē meum. Hoc aūt diuina ꝓuidētia docēs: & credētes præmonē do firmauit: & incredulos prædicādo cōfudit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxvii. poſt mortem auguſti Cæſaris tyberius cæſar impiū adeptus ē: mãſitq; in eo annis. xxiii. Hic per ſemetipſum nulla bella geſſit: ſed ne p legatos qdē aliqua grauia: niſi ꝙ tãtum ī aliquantis locis præcogniti cito gentium tumores cōprimebãtur. Sane. iiii. iperii eius anno germanicus druſi filius: Caligulæ pater de germanis: ad quos ab auguſto ſene miſſus fuerat: triumphauit. Ipſe aūt tyberius plurima impii ſui parte cum magna & graui modeſtia reipu. præfuit: adeo ut quibuſdã præſidibus augēda ꝓuīciis tributa ſuadentibus ſcripſerit. Boni paſtoris eē tōdere pecus: nō deglubere. At poſtq̄ paſſus ē dominus Ieſus chriſtus: atq; a mortuis reſurrexit: & diſcipulos ſuos ad prædicãdum miſit. Pilatus præſes paleſtinæ prouīciæ ad Tiberium imperatorē atq; ad ſenatum rettulit de paſſione & reſurrectione chriſti: cōſequētibuſq; uirtutibus: quæ uel p ipſum factæ fuerant: uel p diſcipulos ipſius ī noīe eius fiebãt: & de eo ꝙ certati creſcēte plurimoꝝ fide deus crederet.

Hic Tiberius cæſar rettulit ad ſenatum: ut chriſtus deus haberetur.

Iberius cū ſuffragio magni fauoris rettulit ad ſenatum: ut chriſtus deus haberet. Senatus indignatione motus: ꝙ nō ſibi prius ſecundum morē delatum eēt ut de ſuſcipiendo cultu prius ipſe decerneret: cōſecrationem chriſti recuſauit: edictoq; cōſtituit exterminãdos eſſe ex urbe chriſtianos: præcipue cum & ſeiãnus præfectus Tyberii ſuſcipiendæ religioni obſtinatiſſime contradiceret. Tyberius tamen edicto accuſatoribus chriſtianoꝝ mortem cōminatus eſt. Itaq; paulatim imminuta eſt illa Tyberii cæſaris laudatiſſima modeſtia ī pœnã cōtradictoris ſenatus. Nã regi quæcūq; uolūtate faciebat: uoluntas erat: atq; ex mãſuetiſſimo pricipe ſæuiſſima beſtia exarſit. Nã plurimos ſenatoꝝ proſcripſit & ad mortē coegit. Viginti ſibi patricios uiros cōſilii cauſa legerat. Hoꝝ uix duos incolumes reliquit: cæteros diuerſis cauſis necauit. Seiãnū præfectum ſuum res nouas molientem interfecit. Filios ſuos Druſum & Germanicum quoꝝ Druſus naturalis: Germanicus adoptiuus erat: manifeſtis ueneni ſignis ꝑdidit. Filios germanici filii ſui īterfecit. Referre ſigillatī facta eius horret aius: pudetq;: tãta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit: ut q ſpreuerãt chriſto rege ſaluari: rege Cæſare punirētur. Huius tamē īperii ãno. xii. noua & īcredibilis clades apud Fidēnatiū urbem accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatoꝝ munus ſpectãte collapſa eſt: & plus q̄. xx. millia hoīum occidit. Dignū ſane poſteris tãtæ correctionis exēplū: tūc ad ſpectãdas hominū mortes: auidos hoīes cōueniſſe: quãdo pro ſalute hoīum ꝓuidēda deus hō eē uoluiſſet.

Hic dicit ubi dominus paſſus ē: & ꝙ terræmotus factus ē per orbē.

Eide anno eiuſdē. xv. cū dominus chriſtus Ieſus uolūtarie qdē ſe tradidit paſſioni: ſed impie a iudeis apprehēſus: & patibulo ſuſpēſus ē: maximo terræmotu per orbē facto: ſaxa in montibus ſciſſa ſunt: maximarumq; urbiū plurimæ partes plus ſolita concuſſioue ceciderūt. Eadē quoq; die ad horã diei ſextã ſol in toto orbe obſcuratus: tetraq; nox ſubito obducta terris eſt: & ſicut dictū ē: ipiaq; æterna timue-

runt sæcula nocte. Vsqueadeo aũt neq̧ lunã lumini solis: neq̧ nubes obstitisse manifestũ ẽ: ut. xiiii. lunã ea die tota cœli regione interiecta lõgissime a conspectu solis abfuisse & stellas tunc diurnis horis uel potius ĩ illa horrenda nocte toto cœlo fulsisse referatur. Quod nõ solũ sanctorũ euãgeliorũ fides: sed etiã aliquãti græcorũ libri attestant. Iã hic post passionẽ domini. quẽ iudei q̃tũ ĩ ipsis fuit psecuti sunt: cõtinue clades iudeorũ: donec exinaniti dispersiq; deficiãt: incessabiliter pstrepũt. Tiberius siqdẽ iuuẽtutẽ eorũ p speciẽ sacramẽti in prouincias grauioris cœli relegauit: reliquas gẽtes eiusdẽ uel similia sectantes urbe submouit sub pœna ppetuæ seruitutis. nisi obtẽperassent. Sane asiæ ciuitates illo terræmotu dirutas: tributo dimisso ppria etiã libertate donauit. Hic ambiguis signis ueneni obiit. Anno ab urbe cõdita. dcc. lxxxx. tertius ab Augusto Gaius caligula cœpit regnare: mãsitq; ĩ ĩperio annis nõ plenis. iiii. hõ ante se oĩum flagitiosissimus: & q uere dignus romanis blasphemantibus: & iudeis psecutoribus punitor adhibitus uideret. Hic ut breuiter magnitudinẽ crudelitatis eius exprimã: exclamasse fert. Vtinã populus romanus unã ceruicẽ haberet. Sæpe etiã de cõditiõe tẽporũ suorũ cõquestus ẽ: q nullis calamitatibus publicis insignirent. O beata germina temporis christiani q̃tum præualuistis in rebus humanis: ut etiã crudelitas hoĩs magis potuerit clades desiderare: q̃ iuenire Ecce de trãquillitate generali feritas ieiuna conqueritur. Furor impius intus sæua sedẽs sup arma: & centũ uictus ahenis post tergũ nodis: fremit horridus ore cruento. Serui fugitiui & rebelles gladiatores perterruere Romã: euertere italiã: Siciliã deleuere: iã pene uniuerso humano generi toto orbe metuẽdi. In diebus aũt salutis: hoc est tẽporibus christianis cõuellere qetẽ nõ põt uel Cæsar infestus. Hic siqdẽ magno & icredibili apparatu profectus quærere hostẽ uiribus ociosis: Germaniã galliãq; percurrẽs in ora oceani circa prospectũ britãniæ restitit. Cũq; ibi Minocynobellinũ britannorũ regis filiũ: q a patre pulsus: cũ paucis oberrabat: ĩ deditionẽ recæpisset: deficiẽte belli materia romã rediit. Iisdẽ aũt diebus iudæi: q iã tũc ob passionẽ christi meritis ubiq; cladibus exagitabãtur: apud Alexãdriã seditione excitata pfligati cæde: atq; ab urbe pulsi expromẽdarũ querelarũ causa philonẽ quedã uirũ sane ĩ primis eruditũ legatũ ad cæsarẽ miserũt. Sed Caligula cũ oĩbus hoĩbus: tũ præcipue iudeis eẽt infestissimus: spreta legatione Philonis: oẽs iudeorũ sacras ædes: atq; in primis antiquũ illud in hierosolymis sacrariũ prophanari sacrificiis gẽtiliũ: ac repleri statuis simulacrisq; iperauit: seq; ibi ut deũ coli præcæpit. Pilatus aũt præses: q sentẽtiã damnationis in christũ dixerat: postq̃ plurimas seditiones in hierosolymis expleuit & fecit: tantis irrogãte Gaio angoribus coartatus ẽ: ut sua se transuerberãs manu malorũ cõpẽdiũ mortis celeritate quæsiuerit. Gaius uero caligula libidinibus suis etiã illud sceleris adiecit: ut sorores suas primũ stupro pollueret: deinde exilio damnaret. Qui post omnes simul exules iussit occidi. Ipse autem a suis protectoribus occisus est. Duo libelli in secretis eius reperti sunt: quorum alteri pugio: alteri gladius p signo nominis ascriptus erat: ambo lectissimorum uirorum utriusq; ordinis senatorii & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & archa ingens uariorum uenenorum pocula continens: quibus mox Claudio cæsare iubente: demersis infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio: quos enecatos per proxima littora passim æstus eiecit. Magnũ uero idiciũ miserentis dei propter suffragium gratiæ in populum continue ex parte crediturum: & propter iræ temperamentum ĩ po

Gaius Caligula Imperator

Philo Iudeorum orator

Salomonis templum prophanatum.

Pilatus se ipsum occidit

Claudius Cesar Imperator

pulum tunc infideliter obstinatum:ut q̃a multitudo hoīum præparatam mortem eua-
serit:ex multitudīe īterfectorū pisciū disceret̃:oībusq; notesceret:qd tanta ueneni moles
arte aucta agere in miserā ciuitatē potuisset:quæ negligēter effusa etiam maria corrupit.

Hic dicit̃ ubi primū uenit romā beatus petrus apostolus sub Claudio.

4. Nno ab urbe cōdita.dcc.lxxxxv.Tyberius claudius ab Augusto quartus re
gnū adeptus ē:mãsitq; ī eo annos.xiiii.Exordio regni eius Petrus apostolus do
mini nostri Iesu christi romā uenit:& salutarē cūctis credētibus fidē fideli uer
bo docuit:potētissimisq; uirtutibus approbauit.Exin christiani romæ eē cœperūt:sen-
sitq; hoc collatū fidei suæ roma beneficiū.Nā cū interfecto Caligula multa mala de ab-
rogādo īperio:ac repu.ī ãtiquū ordinē restituēda:euertēdaq; pœnitus Cæsarū uniuersa
familia senatus & consules decreuissent:Claudius mox ut confirmauit īperium:magna
atq; adhuc Romæ īcognita usus clæmētia:ne ī tātā nobilium multitudinē ultio si eēt cœ
pta: sæuiret:iudiciū illud:quod ex reipu.statu īfœliciter cōsultatū actūq; fuerat memo-
riæ exemit:oīumq; factoꝝ dictorūue ī eo ueniā & obliuionē ī perpetuum sanxit.Ita illā
præclarā & famosā atheniēsiū amnestiā:quā qdē Romæ inducere Iulio cæsare interfe-
cto:senatus Cicerone suadente tentauerat:sed & Octauiano & Antonio propter ultionē
extincti Cæsaris irrūpentibus ī irritū cesserat:hāc claudius quiuis multo truculentiore
causa in cædē cōspiratoꝝ stimularet̃:ultronea clæmētia nullo expetente firmauit. Ac-
cidit etiā eodē tēpore præsentis gratiæ dei grande miraculū.Siqdē Furius camillus scri
bonianus Dalmatiæ legatus:bellū ciuile molitus legiones multas fortissimasq; ad sacra
mēti mutationē pellexerat.Itaq; die dicto:ut in unū undiq; ad nouū īperatorē conueni-
retur:neq; aqlæ ornari.neq; cōuelli quoquomodo signa:mouerīue potuerunt:exercitus
tanta & tam inusitata miraculi fide motus & cōuersus ī pœnitētiā īperatorē scribonia-
nū qnto statim die destitutum īterfecit:seseq; sacramento prioris militiæ continuit. Tri
stius ac pernitiosius urbi romæ nihil unq̃ fuisse:q̃ bella ciuilia satis notū est. Itaq; pro-
pter aduentum apostoli Petri & tenera christianorum germina uix dum adhuc pauca
ad sanctæ fidei professionē erumpentia hanc exorientē tyrannidem & consurgēs istud
ciuile bellum quisnā diuinitus eē compressum neget:qui præteritis tēporibus de cōpres-
sione bellorum ciuiliū simile probarit exēplum?Claudius quarto imperii sui anno: cu-
piens se utilem reipu.ostentare principem:bellum ubiq; & uictoriam undecunq; quæsi-
uit.Itaq; expeditionem in britanniā mouit:quæ excitata ī tumultum propter non redhi
bitos transfugas uidebatur: transuectusq; in īsulā ē:quā neq; ante iuliū cæsarē: neq; post
eum qsq̃ adire ausus fuerat.Ibiq;:ut uerbis Suetonii tranquilli loquar. sine ullo prælio
ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditionem recæpit. Or
chadas etiā insulas ultra britāniam in oceano positas Romano adiecit īperio:ac sexto q̃
profectus erat mēse Romā rediit.Conferatur nūc:si cuiq̃ placet insula & insula: tempus
& tempus:bellum & bellum:cæsar & cæsar.Nā de fine nihil profero:quoniā hoc fœlicis
sima uictoria:illud acerbissima clades fuit:& sic demum roma cognoscat ꝑ eius latentē
prouidentiam in agendis rebus antea se partem fœlicitatis habuisse:cuius agnitione su-
scepta plenissima fœlicitate perfruitur:non tamen inq̃tum blasphemiarum offendicu
lis deprauatur.Eodē anno imperii eius fames grauissima per Syriam facta est:quā etiā
prophetæ prænunciauerant:sed christianorum necessitatibus apud hierosolymā con-

uectis ab ægypto frumētis Helena Adiabenorum regina conuersa ad fidē christi lar-
gissime ministrauit. Anno imperii eius quinto in Theram & therasiam insulas de ꝓfun
do emicuit belua .xxx. stadiorum extenta spacio. Anno eius septimo sub procuratore
iudeæ cumano in hierosolymis tanta seditio in diebus azimorum exorta ē: ut in porta-
rum exitu populo coartato .xxx. M. iudæorum cæde prostrata & cōpressione suffoca-
ta referantur. Anno eiusdē nono expulsos per Claudium urbe iudæos Iosephus refert:
sed me magis Suetonius mouet: qui ait hoc modo. Claudius iudæos impulsore christo
assidue tumultuātes Roma expulit. Quod utrum contra christum tumultuantes iu-
dæos coerceri & comprimi iusserit: an etiam christianos simul: uelut cognatæ religionis
hoīes uoluerit expelli: nequaq̄ discernitur. Verūtamē sequenti anno tanta fames romæ
fuit: ut medio foro Imperator correptus a populo cōuiciis & fragminibus panis turpissi
me infestatus ægre per pseudotyrum in palacium refugiens: furorem excitatæ plæbis
euaserit. Paruo autem intercedente tempore .xxxv. senatores & .ccc. simul equites roma-
nos minimis causis interfecit: ipse autem manifestis ueneni signis mortuus ē. Anno ab
urbe condita .dccc.viii. Nero Cæsar ab augusto quinto principatū adeptus est: māsitq̄
in eo annis non plenis .xiiii. Gaii caligulæ auunculi sui erga omnia uicia ac scælera secta
tor: imo transgressor. petulātiam: libidinē. luxuriam: auaritiam: crudelitatem nullo non
scelere exercuit. Siquidem percitus petulātia omnia pene Italiæ ac Græciæ theatra per-
lustrans: assumpto ēt uarii uestitus dedecore: ceritos: cytharistas: tragœdos & aurigas
sæpe sibi superasse uisus est. Libidinibus porro tantis exagitatus est: ut ne a matre quidē
uel sorore uel ulla consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur: uirum in uxorem
duxerit: ipse a uiro ut uxor accæptus sit. Luxuriæ uero tā effrenatæ fuit: ut retibus aure-
is piscaretur: quæ purpureis funibus extrahebantur: frigidis & calidis lauaretur unguē-
tis. Qui etiam nunq̄ minus .M. carucis confecisse iter traditur. Deniq̄ urbis romæ icē-
dium uoluptatis suæ spectaculū fecit. Per sex enim dies septemq̄ noctes ardens ciuitas
regios pauit aspectus. Horrea quadro structa lapide magnæq̄ ille ueterū īsulæ: quas di-
scurrens adire flāma non potuit: magnis machinis quondam ad extrema bella præpa-
ratis labefactatæ atq̄ inflāmatæ sunt: ad monumētoꝝ bustorūq̄ diuersoria īfœlici plæ
be compulsa. Quod ipse ex altissima illa mecenatiana turre prospectās: lætusq̄ flāmæ:
ut aiebat: pulchritudine tragico habitu iliadē decantabat. Auaritiæ autem tā præruptæ
extitit: ut post hoc īcēdium urbis: quā se augustus ex lateritia marmoream reddidisse ia
ctauerat: neminē ad reliquas rerū ustarū adire permiserit: cūcta quæ flāmæ quoquo mo
do superfuerāt ipse abstulit. Cēties cētena millia sestertiū ad annuā impensam a senatu
sibi conferri impauit: plurimos senatorum nulla extāte causa bonis priuauit: negociato-
rū oīum sub una die tormētis quoq̄ adhibitis omnem penitus censum abstersit.

Nero hic primus persecutus ē christianos: q ēt apostolos Petrū & paulū occidit.

Crudelitatis autem rabie ita efferatus ē: ut plurimā senatus partem īterfecerit:
equestrē ordinē pene destituerit: sed ne parricidiis quidē abstinuit. Matrē: fra
trē: sororē: uxorē: cæterosq̄ cognatos & ꝓpinquos sine hæsitatione ꝓstrauit.
Auxit hāc molē facinorū eius temeritas impietatis in deum. Nā primus romæ christia
nos suppliciis & mortibus affecit: ac p oēs ꝓuincias pari ꝑsecutiōe excruciari impauit:
ipsūq̄ nomē extirpare conatus beatissimos christi apostolos Petrū cruce: paulū gladio

Helena Adiabenorum regina

triginta milia Iudeorum in diebus azimorum trucidati

De initio imperii Neronis et vitiis eius

Mecenatis turris

occidit. Mox aceruatim miserã ciuitatẽ obortæ undiq; clades oppressere. Nã subsequẽte autũno tãta urbi pestilẽtia increbuit. ut. xxx. M. funeꝝ in rationẽ libitinæ ueniret. britãnica deĩde clades e uestigio accidit: qua duo præcipua oppida magna ciuiũ sociorũq; clade & cæde direpta sunt. Præterea ĩ oriẽtẽ magnis armeniæ prouĩciis amissis romanæ legiones sub iugũ parthicũ missæ: ægreq; Syria retenta est. In asia tres urbes: hoc ẽ laodicea Hierapolis: Colosse terremotu cõciderũt. At uero Nero postq̃ galbã ĩ hispania ĩperatorem creatũ ab exercitu cognouit: totus animo ac spe cõcidit. Cũq; ĩcredibilia perturbãdæ: ĩmo subruẽdæ reipu. mala molliret̃: hostis a senatu pronunciatus: ignominiosissime fugiẽs ad quartũ ab urbe lapidẽ sese ĩterfecit: atq; ĩ eo oĩs Cæsaꝝ familia cõsumpta ẽ. Anno ab urbe cõdita. dccc. xxii. Galba apud hispanias usurpauit ĩperiũ. Qui ut Neronis mortẽ comperit: romã uenit. Cũq; omni auaritia & sæuitia: segnitiaq; offenderet: Pisonẽ sibi nobilem ĩdustriũq; adolescẽtẽ ĩ filiũ atq; ĩ regnũ adoptauit: cũ quo septimo mense imperii sui ab Othone iugulatus ẽ. Luit Roma cædibus principũ excitatis ciuilibus bellis recentes christianæ religionis ĩiurias: & signa legionũ illa: quæ sub aduẽtu in urbẽ petri apostoli diuinitus coercita: cõuelli nullo modo ad excitandũ ciuile bellũ ualuerãt: quod p Scribonianũ parabat̃. Petro ĩ urbe ĩterfecto: & christiãis pœnarũ diuersitate laniatis: toto se orbe soluerũt. De hispania siqdẽ illico Galba surrexerat. quo mox presso: Otho Romæ. Vitellius ĩ germania. Vespasianus ĩ Syria imperia simul atq; arma rapuerunt. Probẽt sane etiam ĩuiti potẽtiã simul & clæmẽtiã dei: q christianis tẽporibus offendunt̃ q̃ta celeritate tantorum incẽdia bellorum & excitata sũt & repressa: cum antea & minimis causis magnæ ac diutinæ clades agitarentur: & nunc maximi undiq; constrepentes magnoꝝ maloꝝ fragores minimo negocio sopirẽtur. Iã eni erat romæ. q̃uis persecutione uexãte ecclesia: quæ iudici oĩum christo etiam pro inimicis & persecutoribus supplicaret. Igitur Otho cũ Galba & Pisone romæ interfectis ĩter tumultus cædesq; inuasisset imperiũ: ac mox creatũ imperatorẽ in gallia per germanicas legiones Vitelliũ comperisset: bellũ ciuile mollitus tribus primũ leuibus præliis: hoc ẽ uno apud alpes: alio circa placẽtiã: tertio circa locum: quẽ castoris uocant: contra uitellianos duces congressus uictor extitisset: quarto apud Bebryacũ prælio: cum animaduertisset suos uinci. mense. iii. q̃ imperare cæperat sese ĩterfecit. Vitellius uictor romam uenit: ubi cum multa crudeliter ac neqter ageret: ĩcredibili etiã uoracitatis appetitu humanã uitã ꝓbris aggrauaret. postq̃ de Vespasiano cõperit: primũ deponere ẽ mollitus imperiũ: postea a quibusdã animatus Sabinũ Vespasiani fratrẽ nihil mali tũ suspicãtẽ cũ cæteris flauianis ĩ capitolium compulit: succẽsoq; tẽplo & mixta simul flãma ruinaq; oẽs ĩ unum pariter interitum ac tumultum dedit. Post deficiente in Vespasiani nomẽ exercitu suo destitutus: appropinquantibus iam hostibus trepidus: cum se in quandam cellulã proximã pallatio cõtrusisset. turpissime ĩde protractus: cum per uiam sacram nudus duceret̃: passim cũctis fimium in os eius coniectãtibus in foꝝ deductus. viii. q̃ regnum præsumpserat mẽse apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris cõpũctionibus excarnificatus atq; inde unco tractus & in tyberim mersus etiam cõmuni caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis p cõplures dies a Vespasianis militibus aduersum senatum populũq; romanum indiscreta cæde sæuitum ẽ. Anno ab urbe cõdita. dccc. xxv. breui illa qdẽ: sed turbida tyrãnorũ tẽpestate discussa: trãqlla sub Vespasiano duce serenitas re-

Galba Imperator

Otho Imperator

Vitellius Imperator

Vespasianus Imperator.

diit. Nanq; ut paulo altius repetã: iudæi post passionẽ christi destituti in totũ gratia dei: cũ oibus undiq; malis circũuenirẽtur: qdã ĩ carmellum montẽ seducti sortibus quæ por tẽderent: exortos a iudæa duces rerũ potituros fore: bellũ ad se trahẽtes in rebellionẽ exarserũt. Extinctisq; romanis præsidiis: legatũ quoq; Syriæ suppetias ferẽtẽ: rapta aquila & cæsis copiis fugauerũt. Ad hos Vespasianus a Nerone missus Titũ filiũ suũ maiorẽ inter legatos habuit. Nã multas & uarias legiones secum ĩ Syriam traiecit.

Iudæorum rebellio aduersus rempub. Romanam

Hic dicit' ubi hierosolyma euersa ẽ a Vespasiano & Tito iudæi capti uel ĩterfecti sũt

Taq; cũ iudæos multis eorũ oppidis captis in urbem hierosolymorum præcipue ob diem festũ congregatos obsidione clausisset: cognita neronis morte: hortatu plurimorum regum & ducũ: maxime iosephi iudeorum ducis sentẽtia: q captus cũ in uincula coniiceretur: cõstantissime dixerat: sicut Suetonius refert: continuo se ab eodẽ: sed ĩperatore soluẽdũ: ĩperium adeptus ẽ. Relictoq; ĩ castris ad procurationẽ obsidionis hierosolymorum filio Tito per alexãdriã profectus ẽ romã. Sed cognita ĩterfectione Vitellii paulisper alexãdriæ substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione iudæos premẽs machinis cũctisq; bellicis molibus nõ sine suorum multo sanguine tandẽ muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnãdã ĩteriorẽ tẽpli munitionẽ: quã inclusã multitudo sacerdotũ ac pricipũ tuebat': maiore ui et mora opus fuit. Quod tamẽ postq̃ ĩ potestatẽ redactum ope et antiqtate suspexit: diu deliberauit: utrum tãq̃ incitamẽtum hostiũ incẽderet: an ĩ testimonium uictoriæ reseruaret: sed ecclesia dei iã p totum orbem uberrime germinãte: hoc tãq̃ effetum ac uacuum: nulliq; usui bono commodum arbitrio dei auferendum fuit. Itaq; titus ĩperator pronunciatus ab exercitu tẽplum ĩ hierosolymis ĩcẽdit ac dirui t: qd a die conditionis prima usq; ad diẽ euersionis ultimã mãserat ãnis. M. c. ii. Muros urbis uniuersos solo adæquauit. dc. M. iudeorum eo bello ĩterfecta cornelius & Suetonius referunt. Iosephus uero iudæus: q ei tunc bello præfuit: & apud Vespasianum propter prædictum ĩperium ueniã gratiãq; meruerat: scribit undecies cẽtena. M. iudeorum gladio & fame perisse: reliquias uero iudeorum diuersis actas cõditionibus toto orbe dispsas: quarum numerus ad nonaginta. M. hominum fuisse narrat'. Vespasianus autẽ & Titus ĩpatores magnificum agẽtes de iudeis triumphum urbẽ ingressi sunt. Pulchrum & ignotum ante cunctis mortalibus inter. ccc. xx. triumphos: q a conditione urbis usq; ĩ id tẽpus acti erãt: hoc spectaculum fuit: patrem & filium uno triumphali curru uectos gloriosissimã ab his q patrem & filiũ offenderant: uictoriam reportasse. Qui cõtinuo oibus bellis ac tumultibus domi forisq; cõpressis pacẽ totius orbis pronũciauerũt: & Ianũ geminũ obseratis cohiberi claustris: sextũ demũ ipsi post urbẽ conditam censuerunt. Iure enĩ idẽ honos ultioni passionis domini impensus ẽ: q etiã natiuitati fuerat attributus. Tũc deĩde sine ullis bellorum tumultibus ĩ imẽsũ respu. humana prouehit'. siqdẽ Achaia: Lycia: Rhodus: Bizantiũ: Samos: Thracia: Cilicia: Cõmagene tũ primum redactæ ĩ prouĩcias: Romanis iudicibus legibusq; paruerunt. Nono aũt ĩperii eius anno tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt: & Romæ magna pestilẽtia fuit. Vespasianus autẽ in uilla propria circa sabinos. ix. anno pricipatus sui profluuio uẽtris mortuus ẽ. Anno ab urbe condita. dccc. xxxiiii. Titus segregatis a numero principũ Othone & Vitellio ab Augusto octauus biẽnio post Vespasianum regnauit. Cuius tanta trãquillitas in imperio fuit: ut nullus omnino sanguinẽ in repu. administranda fudisse re

Titus imperator templũ in hierosolymis incẽdit ac diruit

320 triumphus Romanorum

Tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt

Titus post Vespasianũ biennio imperauit

feratur. Et tamē tūc romæ orto repēte incēdio plurimæ ædes publicæ cōcrematæ fūt: abruptū tunc etiā Vesuuii montis uerticē magna profudisse icēdia ferūt: torrentibusq; flāmaꝝ uicina regionis cum urbibus hoibusq; delesse. Titus cum ingenti omniū luctu in eadem uilla qua pater eius morbo absumptus est.

Domitianus hic secundā persecutionē fecit i christianos.

Anno ab urbe condita. dccc. xxxv. Domitianus Titi frater ab augusto nonus fratri successit i regnum. Qui per annos. xv. ad hoc paulati per oēs scelerum gradus creuit: ut cōfirmatissimā toto orbe christi ecclesiā: datis ubiq; crudelissimæ persecutionis edictis cōuellere auderet. Is in tantam superbiā prolapsus fuit: ut dominū ac deū sese uocari: scribi: coliq; iusserit: nobillissimos e senatu iuidiæ simul ac prædæ causa alios palā iterfecit: alios in exilium trusit: ibiq; iperauit trucidari. Libidinis intēperantia quicquid cogitari pōt. fecit. plurimas urbis ædes destructis populi romani ꝓpriis rebus extruxit. Bellum aduersum Germanos & Dacos ꝑ legatos gessit pari reipu. pernicie: cum & in urbe ipse senatum populumq; laniaret: & foris malum circūactum exercitum assidua hostes cæde conficerēt. Nā q̄ta fuerint Diurpanei dacoꝝ regis cum Fusco duce prælia: q̄taeq; romanoꝝ clades longo textu euoluerē: nisi Cornelius tacitus: qui hāc historiā diligentissime contexuit: de reticēdo interfectoꝝ numero & salustium Crispum & alios auctores q̄plurimos sanxisse: & seipsum qdē potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamē prauissime elatus iactātia sub nomine supatoꝝ hostium de extinctis legionibus triumphauit. Ideq; efferatus superbia: qua se deum coli uellet: ꝑsecutionem in christianos agi secundus a Nerone impauit. Quo tēpore etiā beatissimus ioānes apostolus in pathmo insula fuit. Inter iudæos quoq; acerbitate tormētoꝝ & cruētissimæ quæstionis exquiri genus dauid: atq; interfici præceptum ē: dū ꝓphetis sanctis & inuidet & credit: quasi adhuc futurus eēt ex semine Dauid: q regnum posset adipisci. Continuo tamē domitianus crudeliter ī palatio a suis iterfectus ē: cuius cadauer populari sandapila ꝑ uespiliones exportatū atq; ignominiosissime sepultū ē. Anno ab urbe cōdita. dccc. xlvi. q̄uis eutropius. l. hūc eē annū scripserit. Nerua admodū senex a petronio præfecto prætorio & Parthenio spadone iterfectore Domitiani impator decimus ab augusto creatus traianū in regnū adoptauit: ꝑ quē reuera afflictæ reipu. diuina ꝓuisio cōsuluit. Hic primo edicto suo cūctos exules reuocauit. Vnde & ioānes apostolus hac generali indulgētia liberatus Ephesum rediit. Emēsoq; āno iperii sui Nerua cōfectus morbo diem obiit.

Hic dicit de Traiano.

Anno ab urbe condita. dccc. xlvii. Traianus genere hispanus. xi. ab Augusto reipu. gubernacula Nerua tradēte suscepit: ac per ānos. xix. tenuit. Apud agripinā galliæ urbē insignia sumēs impii mox germaniam trans rhenū i pristinū statum reduxit. trans danubium multas gentes subegit. Regiones autem trans Euphraten & Tigrim sitas prouīcias fecit. Seleuciā & Ctesiphontem & babylonem occupauit. In ꝑsequēdis christianis errore deceptus tertius a Nerone cū passim repertos cogi ad sacrificādū idolis ac detractātes iterfici præcepisset: plurimiq; iterficerent: Plinii secundi q iter cæteros iudices ꝑsecutor datus erat: relatu admonitus: eos hoies præter cōfessionē christi honestaq; cōuēticula: nihil cōtrariū Romanis legibus facere: fiducia sane inocētis cōfessiōis nemini mortē grauē ac formidolosā uideri: rescriptis ilico leuioribus tem-

Cornelius Tacitus

Eutropius.

Nerua imperator.

Plinius secundus.

perauit edictũ. Verũtamẽ continuo romæ aurea domus a nerone tot priuatis publicisq; rebus ĩpensis cõdita repẽtino cõflagrauit incẽdio: ut ĩtelligeret missa etiã ab alio psecutio in ipsius potissime monumẽtis: a quo primũ exorta eẽt: atq; ĩ ipso auctore puniri. Terræmotu. iiii. urbes asiæ subuersæ Helea: Myrma: Pythane: Cynic: & Græciæ ciuitates duæ pynthorium & orthorium. Tres Gallaciæ ciuitates eodẽ terræmotu dirutæ. Pantheon Romæ fulmine cõcrematũ: terræmotus antiochiam pene totã subruit ciuitatem. Incredibili deinde motu sub uno tpe uideri: quasi rabie efferati p diuersas terrarum partes exarserũt: nã & p totã Libyã aduersus incolas atrocissima bella gesserũt: Quæ adeo tũc ĩterfectis cultoribus desolata ẽ: ut nisi postea Hadrianus ĩpator collectas illuc aliũde colonias deduxisset: uacua penitus terra abraso habitatore mãsisset. Aegyptũ uero totã & Cyrenẽ & Thebaidã cruẽtis seditiõibus turbauerũt. In alexãdria aũt cõmisso prælio uicti & attriti sunt in mesopotamia quoq; rebellãtibus iussu ĩpatoris bellũ illatũ ẽ. Itaq; multa. M. eorũ uasta cæde deleta sunt. Sane Salaminã urbẽ Cypri: ĩterfectis oĩbus accolis deleuerũt. Traianus: ut qdẽ ferunt: apud Syleuciã ĩsauriæ urbẽ pfluuio uentris extinctus ẽ. Anno ab urbe cõdita. dccclxvii. Adrianus cõsobrinæ Traiani filius. xii. ab augusto principatum adeptus uno &. xx. annis impauit. Hic per Quadratum discipulum apostolorũ & aristidem Atheniẽsem uirũ fide & sapiẽtia plenum & p serenum granium legatum libris de crastina religiõe cõpositis ĩstructus atq; eruditus præcepit p epistolã ad minutium fundanium pconsulẽ asiæ datã ut nemini liceret christianos sine obiectu criminis: aut pbatiõe dãnare. Idẽ quoq; continuo pater priæ ĩ senatu ultra morẽ maiorũ appellatꝰ: & uxor eius augusta. Andrianus rẽpublicã iustissimis legibus ordinauit: bellum cõtra Sauromatas gessit: & uicit. Iudæos sane pturbatiõe scelerũ suorũ exagitatos: & palestinã puinciã quõdã suã depopulantes ultima cæde pdomuit: ultusq; ẽ christianos: quos illi Cotheba duce qd sibi aduersus Romanos nõ assentarentur: excruciabant. Præcepitq;: ne cui iudæo introeundi in Hierosolymam esset licentia: christianis tantum ciuitate permissa: quã ipse ĩ optimum statum murorũ extructione reparauit: & Aeliam uocari de prænomine suo præcepit.

Quartam hic persecutionem christianorũ ab antonio factam refert.

Anno ab urbe condita. dccclxxxix. Antonius cognomento Pius. xiii. ab augusto imperator creatus cum liberis suis Aurelio & lucio. xx. & non plenis tribus annis rempublicam gubernauit adeo tranquille & sancte: ut merito Pius & pater patriæ nominatus sit. Huius tamen temporibus Valentinus Hæresiarches & Credo magister Martionis Romam uenerunt. Verum Iustinus philosophus librum pro christiana religione compositum Antonio tradidit: benignumque eum erga christianos homines fecit. Antonius ad duodecimum ab urbe lapidem morbo correptus interiit. Anno ab urbe condita. dcccxi. Marcus Antonius Verus. xiiii. ab Augusto regnum cum aurelio Commodo fratre suscepit: mansitque in eo annis. xiiii. Hi primi rempublicam æquo iure tutati sunt. bellum deinde contra Parthos admirabili uirtute & fœlicitate gesserunt. Annius Antonius Verus ad id bellum profectus est. Vologessus enim rex Parthorum graui eruptiõe Armeniam & cappadociam Syriamq; uastabat. Sed antonius p strenuissimos duces magnis rebus gestis Seleuciã assyriæ urbem sup ydaspem fluuiũ sitã cũ. cccc. M. hominum cepit: & cũ fratre de uictoria Parthica triũphauit: ac

Hadrianus [illegible]

hierosolima solis christianis permissa et helia mutato nomine appellata

non multo post dũ cũ fratre ĩ uehiculo sederit:casu morbi:quẽ apoplexiã græci uocant: suffocatus ĩteriit:Quo defũcto marcus antonius solus reipublicæ præfuit:sed ĩ diebus parthici belli psecutiões christianorũ.iiii.iã post neronẽ uice ĩ asia & ĩ gallia graues præcepto eius extiterũt:multiq; scõrũ martyrio coronati sũt.Secuta ẽ lues plurimis ĩfusa puinciis.totãq; Italiã pestilẽtia tãta uastauit:ut passim uillæ agri atq; oppida sine cultore atq; habitatore deserta ĩ ruinas siluasq; cõcesserint.Exercitũ uero romanorũ cũctasq; legiões p lõginqua late hyberna dispositas ita cõsũptas ferũt:ut marcomãnicũ bellũ : qd cõtinuo exortũ ẽ nõ nisi nouo delectu militũ:quẽ triẽnio iugiter apud Carnotũ marcus antonius habuit:gestũ fuisse referat᷑.Hoc qdẽ bellũ prouidẽtia dei administratũ eẽ cũ plurimis argumẽtis:tũ præcipue epistola grauissimi ac modestissimi ĩpatoris aptissime declaratũ ẽ.Nã cũ ĩsurrexissẽt gẽtes ĩmanitate barbaræ:multitudine inumerabiles:hoc ẽ marcomãni : Qualli uuãdali Sarmatæ Sueui:atq; oĩs pene germania:& ĩ Quallorũ usq; fines progessus exercitus:circũuẽtusq; ab hostibus propter aquarũ penuriã potius sitis q̃ hostis piculũ sustineret ad ĩuocationẽ nominis christi quã subito magna fidei cõstãtia qdã milites effusi ĩ preces palã fecerãt:tãta uis pluuiæ effusa ẽ: ut romanos qdem largissime ac sine iniuria refecerit:barbaros aũt crebris fulminũ ictibus pterritos: præsertim cum plurimi eorũ occiderent᷑:ĩ fugã coegerit:Quorũ terga romani usq; ad internitionẽ cædẽtes gloriosissimã uictoriã: & oĩbus pene antiquorũ titulis præferẽdam rudi paruoq; militũ numero:sed potẽtissimo christi auxilio reportarunt.Extare etiam apud plærosq; dicunt᷑ litteræ ĩpatoris antonii:ubi ĩuocatiõe noĩs christi p milites christianos & sitim illã expulsã & collatã fatet᷑ fuisse uictoriã.Ideq; ãtonius Cõmodum filium suũ assumpsit ĩ regnũ.præteriti etiã tpis p oẽs puincias tributa donauit:oĩaq; simul fiscalium negociorũ calumniosa monumenta cõgesta ĩ foro iussit incendi.seueriusq; leges nouis constitutionibus temperauit.Postremo.in pannonia constitutus repentino morbo diem obiit.

Hinc dicitur de flagitiis & malis:quæ gessit Commodus.

Anno ab urbe cõdita.dcccc.xxx.Lucius antonius Cõmodus.xv.ab augusto pñ successit in regnum:mãsitq; ĩ eo ãnis.xiii.& aduersus germanos bellũ fœliciter gessit.Cæterũ p omnia luxuriæ:& obscœnitatis dedecore deprauatus gladiatoriis quoq; armis sæpissime in ludo depugnauit:& in amphitheatro feris sese obiecit frequenter:interfecit etiam q̃plurimos senatores:maxime quos animaduertit nobilitate industriaq; excellere.Flagitia regis pœna urbis insequitur.Nam fulmine Capitolium ictum:ex quo facta inflammatio bibliotecham illam maiorum cura studioque compositam:ædesq; alias iuxta sitas rapaci turbine concremauit.Deinde aliud incendium postea Romæ exortum:ædem Vestæ & pallatium:plurimamque urbis partem solo coæquauit.Commodus cunctis incommodus in domo Vestiliani strangulatus interiisse fertur:hostis generis humani etiam uiuus iudicatus.Post hunc a senatu creatus est senex ælius pertinax.xvi.ab augusto:qui.vi mense q̃ regnare cœperat:Iuliani iurisperiti scelere in pallacio occisus est.Iulianus interfecto pertinace inuasit imperium.vi.mox a Seuero apud pontem Miluium bello ciuili uictus & interfectus est mense.vii.postq̃ cœperat imperare.Ita in pertinacem & iulianum unus annus consumptus est.

Quintam persecutionem hic dicit a Seuero factam.

a Nno ab urbe condita.dcccc.xliiii.Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppido Lepti:qui se ex nomine impatoris quē occisum ultus fuerat: pertinacē appellari uoluit.xvii.ab augusto destitutū adeptus ipiū.x.&.vi annis tenuit.Hic natura sæuus multis sæpe bellis lacessitus fortissime qdē rempublicā: sed laboriosissime rexit.Pescenniū nigrū:q ab ægypto & Syria ad tyrannidē aspirauerat: apud Cyzicum uicit:& iterfecit:iudæos & samaritas rebellare conātes ferro cōpescuit.Parthos & arabas Adiabenosq́ supauit.Quinta post neronē psecutiōe christianos excruciauit:plurimiq́ scōꝝ p diuersas ꝓuincias martyrio coronati sūt.Hāc ꝓphanā in christianos & ecclesiā dei præsumptionē Seueri:cœlestis ultio euestigio acta subseqt̃.Nā cōtinuo rapit̃: uel potius retrahit̃ i galliā Seuerus e Syria ad tertiū ciuile bellū.Iā enim unū romæ aduersus iulianū.aliud i Syria cōtra pescēniū gesserat:tertiū Dodius albinus Iuliani in occidēdo pertinace socius:q se in gallia Cæsarem fecerat: suscitabat:cuius bello multū utrinq́ romani sanguinis fusum ē.Albinus tamē apud lugdunū oppressus & iterfectus ē.Seuerus uictor i britāniā defectu pene oīum socioꝝ trahitur: ubi magnis grauibusq́ præliis sæpe gestis receptā partē isulæ a cæteris indomitis gētibus uallo distinguēdam putauit. *Britannia diuisa* Itaq́ magnā fossam firmissimūq́ uallū crebris insup turribus cōmunitū p.cxxxii.M. passuū a mari ad mare duxit.Ibiq́ apud eboracū oppidū morbo obiit:relinquēs duos filios Bassianū & getam.Quoꝝ geta hostis publicus iudicatus interiit. Bassianus uero antonii cognomine assūpto regno potitus ē.Anno ab urbe cōdita.dcccc.lxvii.Aurelius antonius bassianus ideq́ Caracalla.xviii ab augusto principatū adeptus ē: māsitq́ i eo ānis nō plenis septē. *Aurelius Antonius Bassianus Caracalla Imperator* Vixit uero pr̃e aspior:oībus libidine intēpantior:q etiā nouercā suā Iuliā uxorē duxerit.Hic cōtra parthos bellum mollies iter edessā & Caras ab hostibus circunuētus occisus ē.Post hunc.xviiii.ab augusto ophilus macrinus: qui præfectus prætorio erat cum filio Diadumeno iuasit ipium:sed emēso āno cōtinuo apud archelaidē militari tumultu occisus ē. *Ophilus Macrinus Imperator* Anno ab urbe cōdita.dcccc.lxx.Marcus aurelius antonius.xx.ab augusto impiū adeptus tenuit annis.iiii.Hic sacerdos heliogaballi tēpli nullā sui nisi stuproꝝ & flagitioꝝ totiusq́ obscœnitatis infamē satis memoriā reliqt.Tumultu aūt militari exorto Romæ cū matre interfectus ē. *Marcus Aurelius Antonius Imperator* Anno ab urbe cōdita.dcccc.lxxiiii. Aurelius alexāder.xxi.ab Augusto senatus ac militū uolūtate ipator creatus.xiii.annis dignus eqtatus præconio fuit:Cuius mater mamea christiana origenem presbyterum audire curauit. *Aurelius Alexander Imperator* Nā statim expeditiōe in persas fcā Xerxem regem eoꝝ maximo bello uictor oppressit: Vlpiano usus assessore sūmā sui moderatiōem reipublicæ exhibuit: sed militari tumultu apud magontiacum interfectus est.

De sexta persecutione a maximino facta.

a Nno ab urbe cōdita.dcccc. lxxxvii. Maximinus.xxii ab augusto nulla senatus uoluntate ipator ab exercitu postq̃ bellū i germania ꝓspere gesserat creatus psecutionem i christianos sextus a nerone exercuit. *Maximinus Imperator* Sed continuo hoc ē tertio q̃ regnabat āno a pupieno aqleiæ iterfectus:& psecutiōis & uitæ finē fecit. Qui maxime ꝓpter christianā alexādri:cui successerat & mameæ matris eius familiā psecutionē i sacerdotes & clericos:idest doctores:uel præcipue propter origenē presbyteꝝ miserat.Anno ab urbe cōdita.dcccc.lxxxxi.Gordianus uigesimus tertius ab augusto iperator creatus est: mansitque in eo annis septem. *Gordianus Imperator* Nam Pupeienus interfector Maximini: & frater eius albinus:qui usurpauerant imperium:in pallatio mox interfecti sunt: gordianus

Eutropius. Cornelius Tacitus.

admodū puer in oriētem ad bellū Parthicum ꝓfectus: ſicut eutropius ſcribit: iam portas aperuit: quas utrū poſt uefpaſianū & titum aliquis clauſerit: neminem ſcripſiſſe memini: cum tamen eas ab ipſo Veſpaſiano poſt annum aptas Cornelius tacitus ꝓbet. Igitur gordianus igētibus prælíis aduerſum Parthos proſpere geſtis ſuorum fraude haud longe a Cyrceſo ſuper Euphratem interfectus eſt.

Primum hic Philippus cum filio ſuo ambo chriſtiani facti ſunt.

Anno ab urbe cōdita.dcccc.lxxxxvii.Philippus.xxiiii.ab auguſto iperator creatus Philippū filiū ſuū cōſortē regni fecit māſitq; i eo annis.vii. Hic primus iperatorꝝ oīum chriſtianus fuit: ac poſt tertiū imperii eius annū.M.a cōditione Romæ annus impletus ē. Ita ludis magnificis auguſtiſſimis oīum præteritorꝝ hic natalis annus: a chriſtiano impatore cælebratus ē. Nec dubiū ē qn Philippus huius tātæ deuotionis grām & honorē ad chriſtū & ad eccleſiā reportarit: quādo uel aſcēſū fuiſſe ab eo capitoliū imolataſq; ex more hoſtias nullus auctor oſtendit. Ambo tamen q̄uis diuerſis locis tumultu militari & Decii fraude interfecti ſunt.

De ſeptima perſecutione facta a Decio.

Anno ab urbe cōdita.M.iiii.Decius ciuilis belli icentor & repreſſor: occiſis philippis.xxv.ab auguſto iuaſit ipiū: tenuitq; annis tribus. idem cōtinuo i quo ſe etiam ob hoc philippos iterfeciſſe docuit: ad pſequēdos iterficiendoſq; chriſtiſtianos.vii.poſt Neronē feralia diſperſit edicta: plurimoſq; ſcōꝝ ad coronas chriſti de ſuis cruciatibus miſit. Ideq; filiū ſuū Cæſarem legit: cū quo ſimul cōtinuo i medio barbarorꝝ ſinu iterfectus ē: Anno ab urbe cōdita.M.vii.Gallus Hoſtilianus.xxvi.ab Auguſto regnū adeptus uix duobus annis cū uoluſiano filio obtinuit. Exorit̃ ultio uiolati nominis chriſtiani: & quatenus ad ꝓfligādas eccleſias edicta decii cucurrerunt: eatenus incredibiliū morborꝝ peſtes extēdit̃. Nā nulla fere ꝓuincia romana: nulla ciuitas: nulla domus fuit: quæ nō illa generali peſtilentia correpta atq; uaſtata ſit. Hac ſola pernicie inſignes Gallus & Voluſianus: dū cōtra Aemilianū nouis rebus ſtudētē bellū ciuile moliunt̃: occiſi ſūt. æmilianus tamē tertio mēſe iuaſæ tyrānidis extinctus ē. Anno ab urbe cōdita.M.x.duo ipatores.xxvii.poſt auguſtū loco creati ſūt: Valerianus i rhetia ab exercitu Auguſtus ē appellatus. Rome autē a ſenatu Galenus i regno iſœliciter ānis.xv. ſublimatus reſpirāte pauliſper ab illa ſupra ſolitum iugi & graui peſtilentia humano generi prouocat pœnā ſuā obliuioſa malicia. Impietas eni flagella qdē excruciata ſētit: ſed a quo flagellat̃: obdurata nō ſētit: Et ut de ſupioribus taceā: facta a decio chriſtiano rū pſecutiōe totū romanū ipiū peſtilētia magna uexauit. Mētita ē iniqtas ſibi: prauo in pnicié ſuā circūuēta iudicio: peſtilētiā cōis caſus eē accidēteq; ex morbis mortē naturæ finē eē nō pœnā. Rurſus igit̃ atq; i breui irā dei ſceleratis actiōibus ꝓuocat: excepturus plagā: cuius aliquādo meminiſſe cogat̃.

De octaua pſecutione facta a Valeriano.

Valerianus ſiquidem mox: ut arripuit imperium: octaua ſane Romæ perſecutione adigi per tormenta chriſtianos ad idolatriam: abneganteſq; interfici iuſſit fuſo p omnem Romani regni latitudinem ſanctorum ſanguine. Valerianus ilico nefarii auctor edicti a ſapore perſarum rege captus iperator populi Romani ignominioſiſſima apud Perſas ſeruitute conſenuit: hanc infamis officii cōtinuā: donec uixit: damnationē ſortitus: ut ipſe accliuis regem humi ſēper aſcenſurꝝ in equū nō manu ſua:

Gallus hoſtilianus Imperator. Voluſianus Imperator. Aemilianus Imperator. Valerianus Imperator. Galienus Imperator. Captiuitas ignominioſa Valeriani Imperatoris.

ſed dorſo attolleret. Et Galenus qd' ... tam claro dei iudicio territus tãq; miſero collegæ pmotus exemplo: pacem eccleſiis trepida ſatiſfactiõe reſtituit. Sed nõ cõpenſat iniuriæ ultioniſq; mẽſuram unius impii: q̃uis perpetua & ſupra modum abominanda captiuitas contra tot. M. excruciata ſcoꝝ: iuſtorũq; ſanguis ad deũ clamans: in eadem ſeſe terra ubi fuſus eſt uindicari rogat. Non enim de ſolo cõſtitutore præcepti iuſto ſuppliciũ iudicio flagitabat᷑: ſed etiã executores: delatores: accuſatores: ſpectatores: ac iudices: poſtremo qui iniuſtiſſimæ crudelitati uel tacita uolũtate aſſentabãtur: qa deus ſecretorum cognitor eſt: & quoꝝ maxima p omnes ꝓuincias pars hominum uerſabatur: eadẽ ultionis plaga corripi iuſtũ erat. Soluuntur repẽte undiq; pmiſſu dei ad hoc circũpoſitæ relictæq; gẽtes: laxatiſq; habenis ĩ omnes Romanorũ fines inuehunt᷑. Germani alpibus Rhetia totaq; italia penetratis Rauẽnam uſq; peueniũt. Alemãni Gallias puagantes etiã ĩ italiã tranſeunt. Græcia Macedonia pontus & aſia gothoꝝ inundatione deletur. Nam dacia trans danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulãtur: Germani ulteriores abraſa potiunt᷑ hiſpania. Parthi meſopotamiã auferũt: Syriãq; corradũt. Extãt adhuc p diuerſas prouincias ĩ magnaꝝ urbiũ ruinis paruæ & pauperes ædes: ſigna miſeriaꝝ: & nominũ indicia ſeruantes: ex quibus nos quoq; ĩ Hiſpania Taraconem noſtram ad cõſolationem miſeriæ recentis oſtendimus. Et ne quid forte romani corporis ab hac dilaceratione ceſſaret: cõſpirãt intrinſecus tyranni: cõſurgũt bella ciuilia: funditur ubiq; plurimus ſanguis Romanoꝝ: Romanis barbariſq; ſæuientibus: ſed cito ira dei ĩ miſericordiam uertitur: & cœptæ ultionis maior forma q̃ pœna in mẽſuram plenitudinis reputatur. Igitur primus Genuus: qui purpuram impii ſumpſerat: apud myrſam occiditur. Poſthumius in gallia inuaſit tyrãnidem: multo quidem reipublicæ cõmodo. Nã per decem annos ingenti uirtute ac moderatione uſus & dominãtes hoſtes expulit: & pditas prouincias ĩ priſtinã faciẽ reformauit: ſeditione tamen militum interfectus eſt. Aemilianus apud maguntiam: cũ res nouas moliret᷑ oppreſſus eſt. Poſt mortem poſthumii Marius ibidem ĩuaſit imperium: ſed cõtinuo interfectus eſt. Deinde uictorinus a gallis ultro creatus poſt paululũ occiſus eſt. Huic ſucceſſit Tetricus: q̃ tũc aquitaniæ præſidatus miniſtrabat officiũ: multaſq; ſeditiões militũ ptulit. At uero ĩ oriẽte per Odenatum quẽdã collecta agreſti manu uicti repulſiq; perſæ: defenſa Syria: recepta meſopotamia eſt: & uſq; ad Cteſiphõtem ruſticani Syriæ cum odenato uincẽdo uenerunt. Galẽnus autem cum rempublicã deſeruiſſet: ac mediolani libidinibus iſeruiret: occiſus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxv. Claudius. xxviii. uoluntate ſenatus ſumpſit ĩpium. Statimq; gothos iã p ãnos. xv. Illyricum macedoniãq; uaſtãtes bello adortus: ĩcredibili ſtrage deleuit: cui a ſenatu clypeus aureus ĩ curia: & in Capitolio ſtatua æque aurea decreta eſt: ſed cõtinuo apud Syrmiũ prius q̃ ĩpiũ expleret: morbo correptus iteriit. Claudio mortuo q̃ntillius frater eius ab exercitu ĩpator electus uir qdẽ modeſtiõis unicæ: & ſolus fratri præferẽdus. xvii. ĩpii die iterfectus eſt. Anno ab urbe cõdita M. xxvii. aurelianus. xxix. ĩpiũ adeptus qnq; ãnis &. vi. mẽſibus tenuit: uir ĩduſtria militari excellẽtiſſimus. Expeditiõe ĩ danubiũ ſuſcepta gothos magnis præliis ſtrauit: ditionẽq; romanã antiqs terminis ſtatuit. Inde in orientem cõuerſus Zenobiam: quæ occiſo odenato marito ſuo ſyriã receptã ſibi uẽdicabat prælii magis terrore q̃ prælio ĩ ptãtẽ redegit. Tertiũ ĩ gallia minime ſufficiẽtẽ ſuſtinere ſeditiões militũ ſuoꝝ: ſcribẽteq; etiã me

Iuſtoꝝ ſanguis ad deum clamans.

Deus ſecretoꝝ cognitor eſt

Cito ira dei in miſericordiã uertitur.

Galienus imperator apud Mediolanum occiſus eſt

Aurelianus imperator.

Roma muris firmioribus cingitur iussu Aureliani imperatoris

eripe his inuictc malis:ac p hoc proditorē exercitus sui sine labore supauit. Sic oriētis & aquilonis receptor magna gloria triumphauit:urbē Romam muris firmioribus cinxit.

De.ix.persecutione p aurelianum in christianos facta.

Ouissime cū psecutionē aduersū christianos agi.ix.a nerone decerneret:fulmē ante eū magno pauore circūstātium ruit:ac nō multo post in itinere occisus est. Anno ab urbe cōdita.M.xxxii.Tacitus.xxx.adeptus impiū sexto mēse occisus in pōto ē.Post quē florianus partē regni i sortē ferens:tertio demū mēse apud Tharsum īterfectus ē. Anno ab urbe cōdita. M.xxxiii. Probus.xxxi. regnum sortitus obtinuit annis.vi.& mēsibus.iiii.Gallias iā dudum a barbaris occupatas p multa & grauia prælia deletis tādē hostibus ad pfectum liberauit.Bella deinde ciuilia equidem plurimo sanguine duo gessit:unum ī oriente:quo saturninum tyrannide subnixum oppressit & cepit:aliud:quo proculum & bonosum apud agrippinā magnis prælíis superatos interfecit.Ipse apud Syrmium ī turre ferrata militari tumultū īterfectus ē. Anno ab urbe cōdita.M.xxxix.Carus narbonensis.xxxii.suscepit īpium ac biennio tenuit. Q ui cum filios suos carinū & numerianū cōsortes regni efficeret bello parthico:postq̄ duas nobilissimas parthoꝝ urbes Cothē & ctesiphontem cepit:sup tigridem ī castris fulmine ictus interiit.Numerianus:q cum patre fuerat: rediens fraude apri soceri sui interfectus est.

Dioclitianus imperator

Anno ab urbe cōdita.M.xli.Dioclitianus.xxxiii.ab exercitu īpator electus annis uiginti fuit.Statimq; ut potestatis copiā habuit:aprum interfectorem numeriani manu sua interfecit.Carinum deinde:quem charus Cæsarem in dalmatia reliquerat:flagitiose uiuentem:difficillimo bello & maximo labore superauit.Dehinc cum in gallia amandus & Aeliandus collecta rusticanoꝝ manu:quos Vacaudas uocabāt:pnitiosos tumultus excitauisset:Maximianū cognomēto Herculiū cæsarē fecit:misitq; ī gallias: q facile agrestiū hoīum īperitā & cōfusā manū militari uirtute cōpescuit. Deīde carausius qdā genere qdē īfimus:sed cōsilio & manu pmptus:cū ad obseruāda oceani littora: quæ tūc franci & Saxones īfestabant positus:plus ī pniciē:q̄ in puectū reipublicæ ageret: ereptā prædonibus prædā nulla ex parte restituēdo dominis:sed sibi soli uēdicādo accēdēs suspitionē:quia ipsos quoq; hostes ad incursandos fines artificis negligentia pmitteret:quāobrē ē a maximiano iussus occidi:purpurā sumpsit:ac britannias occupauit. Igitur p omnes romani īperii fines subitaꝝ turbationū fragores cōcrepuerūt. Carausio rebellāte ī britānia:Achilleo ín ægypto:cum & africam Q uinquegentiani infestarent:Narseus etiam rex persarum orientem bello premeret. Hoc periculo itaq; Dioclitianus pmotus maximianū Herculium ex cæsare fecit Augustum.Constantium uero & maximianum Galerium Cæsares legit. Constantius Herculii maximiani priuignam Theodorā accepit uxorē : ex qua sex filios fratres Constātini sustulit.Carausius Britānia sibi per.vii. annos fortissime uendicata ac retenta : tandem fraude allecti socii sui interfectus est. Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit : quem Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit.Britanniamque post decem annos recepit. Constantius uero Cæsar in gallia primo prælio ab Alemannis profligato exercitu suo uix ipse surreptus est:secundo autem secuta est satis secunda uictoria:nam paucis horis.lx. M. alemānorū cæsa referūtur.At Maximianus augustus Q uinquagētianos ī Africa perdomuit. Porro autem dioclitianus achilleum obsessum p octo mēses apud alexan-

driam cœpit & interfecit.Sed imoderata uictoria uſus Alexandriam direptioni dedit.
Aegyptum totam proſcriptioībus cædibus fœdauit.Præterea Galerius Maximianus
cū duobus iam præliis aduerſum Narſeū cōflixiſſet:tertio inter Gallienicū & Caras con
greſſus & uictus amiſſis copiis ad Dioclitianum refugit.A quo arrogātiſſime exceptus
eſt:ita ut per aliquot.M.paſſuum purpuratus ante uehiculum eius cucurriſſe referatur
Verūtamē hac contumelia quaſi cote uſus eſt ad uirtutem.per quā detrita regii faſtus
rubigine:aciem mentis expediit.Itaq̧ mox per Illyricum & Mœſiam undiq̧ copias cō
traxit:raptimq̧ in hoſtem reuerſus Narſeum magnis cōſiliis ac uiribus ſuperauit.Extin
ctiſq̧ Perſarum copiis:ipſoq̧ Narſeo in fugam acto:caſtra eius inuaſit.uxores:ſorores:
liberoſq̧ cæpit:immēſam uim gazæ Perſicæ diripuit.captiuos q̄plurimos Perſarum nobi
lium abduxit.Reuerſus in Meſopotamiā a Dioclitiano plurimo honore ſuſceptus ē.Po
ſtea per eoſdem duces ſtrenue aduerſus Carpos Baſternaſq̧ pugnatū eſt.Sarmatas de
inde uicerūt.quorum copioſiſſimam captiuam multitudinem per romanorum finium
diſperſerunt præſidia. Dioclitiani pſecutio.x.loco poſt Neronem refert̄.

Nterea Dioclitianus in oriente.Maximianus Herculius ī occidente uaſtari
eccleſias.affligi interficiq̧ chriſtianos decimo poſt Neronem loco præcepe
runt:quæ perſecutio omnibus fere ante actis diuturnior atq̧ īmanior fuit.Nā
per decem annos incendiis eccleſiarum.pſcriptionibus innocentiū.cædibus martyrū
inceſſabiliter acta eſt.Sequit̄ terræmotus in Syria:ex quo apud Tyrum & Sidonē paſ
ſim labentibus tectis:multa.M.hominum proſtrata ſunt.Secundo perſecutionis anno
Dioclitianus ab inuito exegit Maximiano:ut ſimul purpurā īperiūq̧ deponerent:ac iu
nioribus in rempublicā ſubſtitutis ipſi in priuato ocio conſeneſcerent.Itaq̧ ſub una die
Dioclitianus apud Nicomediam.Maximianus apud mediolanū poteſtatem imperii
ſimul cultumq̧ poſuerunt.Galerius & Cōſtantius auguſti primū Romanū imperium
in duas partes determinauerunt.Galerius Maximianus Illyricum Aſyā & orientem.
Conſtantius Italiam Aphricam & Gallias obtinuit.Sed Cōſtantius uir trāquilliſſimus
Gallia tantum Hiſpaniaq̧ contentus Gallerio in cæteris partibus ceſſit.Galerius duos
cæſares legit:Maximum:quem in oriente conſtituit:& Seuerum cui permiſit Italiā:ipſe
in Illyrico coſtitutus.Conſtantius uero auguſtus ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis
in Britannia mortem obiit:q Conſtantinum filium ex concubina Helena creatū impe
ratorem Galliarum reliquit.Anno ab urbe condita.M.lxi.Conſtantinus.xxxiiii.guberna
cula imperii a Conſtantio patre ſuſcepit:quæ uno &.xxx.annis fœliciſſime tenuit.Oc
curritur mihi ſubito & tripudiis quibuſdam inſultatur:Eia inquiunt.tandē in foueas no
ſtras diu expectate ueniſti.Hic te decurſurum opperiebamur.hic delapſum opprimi
mus.hic confuſum tenemus:Suſtinuimus te hactenus artificioſe quodam modo & cal
lide fortuitas temporum mutationes chriſtianorum ultionibus coaptantem.Interdum
quidem uériſimilium ſpecie permoti:utpote homines ignari diuinorum ſecretorum ti
more palluimus:ſed nūc euacuauit Maximianus noſter omnem ſcœnam fabulæ tuæ:
noſtræque religionis antiquatæ columna inexpugnabilis fulſit.Per annos decem euer
ſæ ſunt eccleſiæ ueſtræ:ut tu fateris.dilacerati cruciatibus.exinaniti mortibus toto orbe
chriſtiani.Tenemus euidens teſtimonium tuum.nullam ſuperiorem perſecutionem
adeo uel grauem uel diuturnam fuiſſe.Et tamen ecce inter tranquilliſſima temporū bo

na ipsorũ quoq; imperatorũ:qui ista fecerũt inusitata fœlicitas:nulla domi fames.nulla pestilentia:nullũ foris bellũ nisi uolũtariũ:quo exerceri uires non periclitari queãt. Res præterea humano generi hucusq; incognita:multorũ simul regũ patiens cõsortiũ:& magna cõcordia.potestasq; cõmunis.alias nunq̃ nisi nũc in cõmune prospiciẽs. deinde etiã quod absq; ulla hactenus mortaliũ noticia ẽ:imperatores illi maximi quippe & persecutores honore deposito & assumpta gete priuati:quod beatissimũ homines & sũmum bonum uitæ bonæ iudicant.& hoc nũc uelut præmii loco auctores persecutiõis adepti sũt: quando accensa persecutio medio sui tempore toto orbe sæuiebat.An etiam hanc beatitudinẽ illis temporibus pœnaliter accidisse asseris:& nos hinc quoq; terrere moliris:quibus humiliter respõderim:me plurima cura pietatis accinctũ cõmonere de ueris.nõ terrere de falsis:Decẽ persecutiões a Nerone usq; ad Maximianũ ecclesia christi passa ẽ. Nouẽ ut ego dixi ultiones:ut ipsi non negant calamitatesq; e uestigiis cõsecutæ sunt.nec in uerbo premor:uerum debitæ ultiones:an fortuitæ permutatiões fuisse uideãtur:quæ tamẽ meo suoq; testimonio clades fuerũt.In decima hæsitatũ putãt miseri & cæci nõ uidẽtes tanto eã ipsis fuisse grauiorẽ:quanto minus intellecta ẽ.Impius enim flagellatur: & nõ sentit: quod cũ expositũ fuerit:inuiti licet propter ipsam rerum fidem fatebuntur:quia ex illa Maximianæ persecutionis maxima punitione ista sunt uulnera:quibus etiam nunc isti dolent & intantum dolent.ut etiam clamẽt:nosq; ad reclamãdum lacessãt sollicitos fieri: qualiter conticescãt.In primo libello expositũ a nobis ẽ:Põpeium Trogũ & Cornelium tacitum cõmemorasse nõ plene quidem:nostrum uero Moysen etiam ipsorum testimonio fidelem fideliter sufficienterq; dixisse:Aegyptios & regem eorum cum populũ dei seruire intentũ & paratũ deo suo impediendæ deuotionis instinctu:ad lutũ paleasq; reuocarẽt.x.acerbissimis plagis fuisse uexatos.Deinde uiolentia malorũ edomitos non solũ coegisse festinantem.sed etiã propriis suis argenteis & au reis uasis accumulauisse. Post uero oblitos plagæ suæ & cupidos prædæ indebitæ:inuidos etiam religionis alienæ dum innocẽtes auide persequũtur:mari rubro ultimo receptos omnes fũditus interisse.Q uod ego nunc refero ac renuncio.& si forte fide non acceptatũ:exitu tamen probãdum:quia hæc in figuram nostri facta sunt.

Hic dicitur q; populus dei cum in Aegypto affligitur decem plagis percussa est Aegyptus & populus christianus dũ.x.psecutiõibus romanis affligit̃.x.plagas accepeRũt.

V Terq; populus unius dei est.una populi utriusq; causa.Subdita fuit Israelitarũ synagoga Aegyptiis:subdita ẽ christianorum ecclesia Romanis.Persecuti sũt Aegyptii hebræos.persecuti sunt Romani christianos.Decem ibi cõtradictiones aduersus Moysen.hic decem edicta aduersus christũ.Diuersæ ibi plagæ Aegyptiorũ.diuersæ hic calamitates romanorũ.Nã ut etiam inter ipsas se plagas inquantũ tamẽ figura formæ cõparari potest cõferã:ibi prima habuit correptio sanguinẽ uulgo uel manasse de puteis uel in fluminibus cucurrisse.hic prima sub Nerone exegit plaga:ut ubiq; morientiũ sãguis uel morbis i urbe correptus:uel bellis in orbe profusus esset.Ibi sequẽs plaga prodidit perstrepentes: persultantesq; in penetralibus ranas inediæ propemodũ causam habitatoribus atq; exilii fuisse.Hic sequens sub Domitiano pœna similiter ostẽdit satellitũ militũq; eius improbis effrenatisq; discursibus cruẽtissimi iussa principis exequẽtiũ ad inopiã per omnes ciues romanos adactos exilioq; dispersos.Ibi tertia uexatio

habuit scinifi... masculas scilicet paruissimas ac sæuissimas:quæ mediis sæpe æstibus per loca squalida se coadunando & uibrando densatæ:nõnullo uolatu allabi solent capillisq; hominũ ac pecudũ setis cum urente morsu iterferi.hic itidẽ tertia sub Traiano plaga Iudæos excitauit:qui cum antea ubiq; dispersi ita:iam quasi non essent:gescerent:repentino omnes calore permoti in ipsos:inter quos erant:toto orbe sæuierunt absq; magnis multa℞ urbium ruinis:quas crebri terræmotus iisdem temporibus subruerunt:Ibi in quarta plaga muscæ caninæ fuerunt:reuera alumnæ putredinis uermiũq; matres.hic itidem quarta sub Marco Antonio plaga lues plurimis infusa ꝓuinciis Italiã quoq; cũ urbe Roma uniuersa exercitũq; Romanũ ꝑ longinquos limites & diuersa hyberna dispersum ĩ mortẽ dissolutum putredine simul ac uermibus dedit.Ibi quĩta correptio peco℞ ac iumentorũ repentino ĩteritu expleta est.Hic similiter quinta ultione sub ꝑsecutore Seuero creberrimis ciuilibus bellis ꝓpria uiscera & adiumenta reipublicæ:hoc est plæbs ꝓuincia℞ & legiones militum cõminutæ sunt.Ibi sexta uexatio intulit uesicas efferuescentes ulceraq; manantia.hic æque sexta punitio:quæ post Maximini ꝑsecutionem fuit.q̄ specialiter episcopos clericos omissa turba populari.hoc est ecclesia℞ primates trucidari ĩperauerat:ĩtumescens crebro ira atq; ĩuidia nõ ꝑ uulgi cædem:sed per uulnera mortesq; pricipum ac potentiũ exaltata est.Ibi septima plaga numerat̃ coacto aere grando ꝓfusa quæ hominibus iumentisq; ac satis exitio fuit.hic similiter.vii.plaga sub Gallo & Volusiano:q̄ persecutori Decio mox ĩterfecto successerant plaga extitit corrupto aere pestis ĩfusa:quæ per omnia Romani regni ab oriente ĩ occidentem spatia cum omne propemodum genus hominũ & pecudum neci dedit:tum etiã corrupit lacus ĩfecit pabula tabo.Ibi octauã Aegypti contritionem fecere excitatæ undiq; locustæ tenentes ac terentes tegentesq; omnia. hic.viii. æque subuersionem Romani orbis excitatæ ũdiq; ĩtulere gẽtes:quæ cædibus atq; ĩcẽdiis cũctas ꝓuĩcias deleuerũt.Ibi nona turbatio diuturnas & crassas ac pene tractabiles tenebras habuit:plus omnino periculi cõminata q̄ fecit.hic itidem.ix.correptio fuit: cum Aureliano ꝑsecutionẽ decernenti diris turbinibus terribile ac triste fulmen sub ipsius pedibus ruit:ostendens: quid cũ ultio talis exigeret:tantus posset ultor:nisi & clemens esset & patiens:quãq̄ ĩtra sex abhinc mẽses succidui tres ĩperatores:hoc est Aurelianus Tacitus & Florianus diuersis causis ĩterfecti sunt. Ibi postremo.x.plaga:quæ & nouissima omniũ fuit.ĩterfectio filio℞:quos primos quippe genuerant.hic nihilominus.x. ideſt nouissima pœna omnium idolo℞ perditio est: quæ primitus facta in primis amabant .Ibi rex potentiam dei sensit .probauit. & timuit . ac per hoc populum dei liberum abire permisit. ibi nunq̄ populus dei postea ad se ruituten retractus. hic nunq̄ populus dei ad idolatriam coactus est. Ibi Aegyptiorum uasa preciosa Hebræis tradita sunt. hic in ecclesias christianorum præcipua paganorum templa cesserunt.Sane illud ut dixi denunciandum puto q̄a sicut Aegypti is post has.x.plagas dimissos Hebræos persequi molientibus irruit per supinductũ mare æterna perditio:ita & nos libere q̄dẽ peregrinantes superuentura quandoq; persecutio gentiliũ manet: donec mare rub℞ hoc ẽ ignem iudicii ipso domino nostro iesu christo duce & iudice transeamus.Hi uero in quos Aegyptio℞ forma transfundit̃: ad tempus potestate permissa sæuientes grauissimis q̄dẽ permissu dei christianos cruciatibus persequunt̃: Verũtamẽ iidẽ omnes inimici christi cũ rege suo antichristo accepto signo

ignis eterni:in quē magna impediente caligine dū nō uidet intrāt:perpetuā perditionē immortalibus arſuri ſuppliciis ſortietur.Igitur mortuo:ut dixi:Cōſtantino in Britannia Conſtantinus imperator ē creatus primus imperatorum chriſtianus:excepto Philippo: qui chriſtianus annis admodū pauciſſimis ad hoc tantū cōſtitutus fuiſſe mihi uiſus eſt ut.M.Romæ ānus chriſto potius:q̃ idolis dicaretur.A cōſtātino autē ſēper oēs chriſtiani imperatores uſq; in hodiernū diē creati ſunt:excepto Iuliano:quē ipſa ut aiūt machinantē:exitialis uita deſeruit.Hæc eſt lēta illorū paganorū pœna:ſed certa.Hinc ſani iſaniūt.hinc non uulnerati cōpūguntur.hinc ridētes gemūt.hinc uiuētes deficiunt.hinc ſecreto excruciātur:quos nemo perſequitur.hinc iā pauciſſimi remāſerunt:qui nunq̃ aliquo perſequēte puniti ſūt.Verūtamē qualis tunc perſecutores illos:de quorū impunitate non ſolū gloriari:ſed etiā inſultare conātur:finis manſit:expediā.Cōſtantino in gallis ſtrenuiſſime rē.p.procurāte prætoriani milites Romæ Maxentiū filiū Herculii:qui priuatus in Lucania morabatur:auguſtū nūcupauerunt.Maximianus Herculius iam ex auguſto priuatus:et adhuc publicus perſecutor occaſione filii ſollicitatus:qui imperium abiecerat:arripuit tyrānidē.Galerius auguſtus ſeuerū Cæſarē aduerſus Maxētiū Romā mittit cū exercitu.Seuerus cū urbē obſideret militū ſuorū ſcelere deſertus & proditus atq; ex eo fugiēs Rauennæ interfectus ē.Herculius perſecutor & ex auguſto tyrānus cōfirmatū iā i imperio filiū ueſte ac poteſtate regia ſpoliare conatus ē.Cōuiciis autem ac tumultibus militū palā conterritus in galliā prouectus ē:ut Cōſtātino genero æq; dolis iūctus auferret imperiū.ſed per filiā deprehēſus et proditus:deinde i fugā uerſus Maſſiliæ oppreſſus & interfectus ē.Porro Galerius occiſo Seuero Lyciniū iperatorē creauit.Cūq; perſecutionē a Diocliciano & Maximiano miſſā ipſe atrocioribus edictis accumulauiſſet:ac poſtq̃ per annos.x.omni genere hoīum exhauſit prouincias:putrefacto introrſū pectore:& uitalibus diſſolutis:cū ultra horrorē humanæ miſeriæ etiā uermes eructaret:mediciq; ultra iā fetorē nō ferentes crebro iuſſu eius occiderentur:a quodā medico cōſtātiā ex deſperatione ſumēte icrepitus iram dei eē pœnā ſuā:atq; a medicis ideo nō poſſe curari edictis late miſſis chriſtianos de exiliis reuocauit.Ipſe autē cruciatus nō ſuſtinēſ uim uitæ ſuæ attulit.Ita tūc reſpublica ſub nouis.iiii.principibus fuit.Cōſtātino & Maxentio filiis auguſtorū:Lycinio autē & Maximino hoībus nouis.Cōſtātinus pacē eccleſiis poſt.x.annos:quæ a perſecutoribus uexabātur:īdulſit.Deide inter Cōſtantinū & Maxētiū bellū ciuile exortū eſt.Maxentius ſæpe multis præliis fatigatus ad pōtē Miluiū ultimo uictus & interfectus ē.Maximinus perſecutionis chriſtianorū incētor:executorq; īfeſtiſſimus apud Tharſū:dū ciuile bellū cōtra lyciniū diſponit:īteriit.Lycinius repētina rabie ſuſcitatus oēs chriſtianos e palatio ſuo iuſſit expelli.Mox bellū inter Lyciniū ipſū & Cōſtātinū efferbuit.Sed conſtatinus lyciniū ſororis ſuæ uirū i pānonia primū uicit.deide apud Ciualas oppreſſit.Vniuerſa græcia potitus Lyciniū crebris bellis terra mariq; aſſurgētē et repreſſū:tādē ad deditionē coegit.ſed Herculii maximiani ſoceri ſui motus exemplo:ne iterū depoſitā purpurā in perniciē rei.p.ſumeret:priuatū iuſſit occidi:cū oibus iā miniſtris nefariæ perſecutiōis extinctis:hūc quoq; īquātū exercere potuit:perſecutionē digna punitio flagitaret:Cōſtātini filii Criſpus & Conſtātinus & lycinius adoleſcēs lycinii Auguſti filius:Cōſtātini autē ex ſorore nepos cæſares ſunt creati.His diebus Arrius Alexandrinæ urbis preſbyter a ueritate fidei catholicæ deuians:

Constantinus primus imperator christianus

Arrius hereticus pbr.

exitiale plurimis dogma constituit. Qui primū simul ut Alexandriæ uel notus uel notatus iter cōfusos uulgo sectatores īsectatoresq; factus ē: ab Alexandro eiusdē urbis tunc episcopo pulsus ecclesia ē. Cumq; hoīes: quos in errorē seduxerat etiā ī seditionē excitaret apud Niceā urbem Bithyniæ cōuentus. cccxviii. episcopoꝝ factus ē: p quos Arrianū: dogma exitiale & miseꝝ est euidentissime deprehēsū palā ꝑditū ac reprobatū ē. Sed īter hæc latent causæ: cur uindicē gladiū & destinatā in īpios punitionē Cōstātinus īperator etiā ī ꝓprios egit affectus. Nā Crispū filiū suū & Lyciniū filiū sororis suæ interfecit. Præterea multas gētes diuersis præliis subegit. Vrbē noīe suo Romanoꝝ regum uel primus uel solus īstituit: Quæ sola expers idoloꝝ ad hoc breuissimo tēpore cōdita a christiano īpatore ꝓuecta est: ut sola Romæ tot sæculis miseriisq; ꝓuectæ: forma & potētia merito possit æquari. Tum deide primus Cōstātinus iusto ordine & pio uicē uertit edicto: si quidem statuit citra ullam hominum cædem paganorum templa claudi.

Hic Constantinus imperator iubet templa claudi.

Ox Gothoꝝ fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu: hoc ē in Sarmataꝝ regione deleuit. Calocheꝝ quēdā ī Cypro aspirātē nouis rebus oppressit. tricēnalibus suis Dalmatiū cæsarē legit. Cūq; bellū ī Persas molliret ī uilla publica iuxta Nicomediā: dispositā bene rēpublicā filiis tradens: diē obiit. Anno ab urbe cōdita. M. lxxxxii. Cōstantinus. xxxv. cū Cōstantino & Cōstante fratribus suis adeptus īperiū. xxiiii. ānis tenuit. Fuit aūt īter successores Cōstantini & Dalmatius cæsar fratris filius. sed cōtinuo militari factione decerptus ē. Interea maligna semp aduersus deū ueꝝ īsectatio diaboli: quæ ab initio mūdi usq; ad nunc a sincero tramite fidei religionisq; īfusis erroꝝ nebulis lubrica hominū corda pturbat: postq̄ christianis īpatoribus summā regiæ potestatis ī meliora uertentibus ecclesiā christi zelo idolatriæ pseq destitit: aliud machinamentū: quo per eosdē christianos īpatores christi ecclesiā uexaret: īuenit. Fit igit̄ Arrio noui erroris auctori cæterisq; discipulis ipsius ad familiaritatē Cōstantii īperatoris ꝓmptus aditus & facilis uia. suadet̄ Cōstātio: ut quosdā ī deo gradus credat. & q̄ p ianuā ab errore idolatriæ fuerat egressus: reuersus in sinū eiusdē ī deo deos quærit & tanq̄ per pseudotyꝝ īducit̄. Peruerso igit̄ zelo potestas armat̄ illusa. & sub noīe pietatis uis ꝑsecutionis agitat̄. De noui noīs electione cōtendit̄: ut Arrianoꝝ potius ecclesiæ q̄ catholicoꝝ sint. Sequit̄ terræmotus horribilis: q̄ plurimas oriētis urbes solo strauit. Cōstantius dū Cōstantē fratrē bello īsectat̄: incauta petulātia periculis sese offerens a ducibus eius occisus ē Cōstans aduersus Persas & saporē: q̄ Mesopotamiā uastauerat nouē præliis paꝝ ꝓspere decertauit. Seditione nouissime atq; ītemperantia militū nocte adoriri pugnā coactus: patratā pene uictoriā īsuper uictus amisit. Postq̄ se Cōstans intolerādis uitiis dedisset: ac pœna ꝓuincialiū fauorē militum cōpararet: Magnētii dolis ī oppido cui Helena nomē ē ī ꝓximo hispaniæ īterfectus ē. Magnentius enī apud Augustudunū arripuit īperiū: quod cōtinuo p Galliā & Aphricā Italiāq; porrexit. In Illyrico aūt ueteranionē ætate grādæuum īperatorē sibi milites creauerunt: uiꝝ natura simplicē: cunctisq; iocundū: sed q̄ ne prima q̄dem unq̄ litteraꝝ elementa didicisset. Itaq; cū primas litteras: litteraꝝq; syllabas īperator senex īterdū inuitus meditaret̄: a Cōstantio: q̄ tunc in magnētiū ultione fratris accēsus bellū parabat: deponere iussus: īperiū abiiciens cū litteris purpuras: cōtētusq; priuatis feriis: palatium simul scholamq; dimisit. Nepotianus deinde

Concilium Nicenum.

Vetranio Imperator

Nepotianus Imperator

Romæ Cōstātini sororis filius:gladiatorū manu fretus inuasit imperium:qui deinde cū iprobus ac per hoc inuisus cūctis eēt: a Magnentianis ducibus oppressus ē. Seqt̄ bellū illud horribile inter Cōstātium Magnētiumq; apud Nursiā urbē gestum:in quo multa romanorum uirium profligatio etiam in posterū nocuit.Magnētius tamē uictus aufugit:ac nō multo post apud lugdunū ꝓpria se manu iterfecit.Decētius quoq; frater eius dē:quem cæsarē gallis præfecerat: apud Senonas laqueo uitā finiuit.Cōstātius cōtinuo Gallū patrui filium cæsarē legit:quē rursus crudeliter ac tyrānice agētē paulo postq̄ creauerat:occidit.Siluanū quoq; per gallias rebus nouis inhiātē mature circūueniēdū opprimēdūq; curauit.Igitur siluano iterfecto Iulianū patruelē suum Galli fratrē cæsarem creatū misit ad Gallias.Itaq; Iulianus cæsar euersas oppressasq; ab hostibus gallias strenuissime itegrū restituit/Alemanorum paruis copiis magnā multitudinē fudit.Rheno germanos reuinxit.His elatus successibus fastigium usurpauit Augusti & mox italiam illiricumq; peruadens Cōstātium Parthicis præliis occupatū regni parte priuauit.Cōstātius Iuliani scelere cōperto:dimissa expeditiōe Parthorum dum ad ciuile bellum reuertitur:in itinere inter ciliciā capadociāq; defunctus ē.Ita ille qui discissa pace & unitate fidei catholicæ christianos aduersus christianos armās ciuili:ut ita dicā:bello ecclesiæ mēbra dilacerauerat:totum inquietum tēpus imperii sui molestumq; spatium uitæ suæ bellis ciuilibus etiā per propinquos & cōsāguineos excitatis exercuit.exegit:expedit. Anno ab urbe cōdita.M.c.xvi.Iulianus iādudū Cæsar:post autem.xxxvi.ab Augusto regno potitus anno uno & mēsibus octo imperii sūmā solus obtinuit.christianā religionē arte potius q̄ potestate insectatus:ut negaretur fides christi & idolorū cultus susciperetur:honoribus magis prouocare:q̄ tormentis cogere studuit. Aperto tamen præcepit edicto nequis christianus docēdorū liberaliū studiorū professor esset.Sed tamen sicut a maioribus nostris cōpertum habemus:oēs ubiq; propemodū præcepti cōditiōes amplexati:officiū:q̄ fidē deserere maluerūt.Iulianus autē bellū aduersus parthos parās cū romanas uires cōtractas undiq; ad destinatā secū traheret perditionē: christianorū sanguinē diis suis uouit:palā persecuturus ecclesias si uictoriā potuisset adipisci.Nā & amphitheatrū Hierosolymis extrui iussit:in quo reuersus a parthis episcopos:monachos: oēsq; eius loci sanctos bestiis etiā arte sæuioribus obiiceret.spectaretq; laniandos. Itaq; postq̄ a Ctesiphonte castra mouit:dolo cuiusdam transfugæ in deserta perductus:cum ui sitis & ardore solis atq; insuper labore harenarum confectus periret exercitus:imperator tanto rerum periculo anxius:dum per uasta deserti incautius euagatur: ab obuio quodam hostium equite cōto ictus interiit.Sic misericors deus impia consilia impii morte dissoluit. Anno ab urbe condita.M.lxxxxvii.Iouinianus xxxvii.imperator i summo rerum discrimine ab exercitu creatus:cum & locorū iniquitate captus & hostibus circūseptus nullam euadendi facultatem nancisceretur:fœdus cum sapore rege Persarum:& si parū putant dignum:satis tamen necessarium pepigit:quippe ut tutum & incolumen romanum exercitum non solum ab incursu hostium uerum etiam a locorum periculo liberaret.Nisibiæ oppidum & partem superioris Mesopotamiæ Persis concessit.Inde dū Illyricū rediēs per Galatiam iter agit cum i cubiculū quoddā nouum sese cubitū recepisset: calore prunarū & nitore parietum nuper calce illitorū aggrauatus & suffocatus octauo demū mense q̄ iperare cœperat:uitā finiuit.Anno ab urbe cōdita.M.lxxxxviii.Va-

Iouinianus Imperator

lentinianus.xxxviii.apud Niceā cōſenſu militū īpator creatus ē.mā ſitq; in eo ānis. xi.q̄ *Valentinianus imperator*
cū chriſtianus integra fide ſacramētū militiæ gereret:& ſub Iuliano Auguſto tribunus
ſcutarioꝝ iuſſus ab impatore ſacrilego aut īmolare idolis:aut militia excedere. fideliter
ſciens & grauiora dei eſſe iudicia & meliora ꝑmiſſa:ſpōte diſceſſit:Ita parua īteriecta mo
ra:Iuliano īterfecto:ac mox Iouiniano mortuo: q̄ pro chriſti nomine amiſerat tribuna
tum:retribuente chriſto in locum pſecutoris ſui accepit īperiū:q̄ poſtea fratrē ſuū Valē-
tē participē fecit īperii.& ꝓcopiū tyrānū pluresq; poſtea ſatellites eius occidit.terræmo-
tus p totū terraꝝ orbē factus ita turbatū quoq; pelagus excuſſit ut p uicinas terraꝝ cā-
peſtriū partes refuſo mari plurimæ īſulaꝝ urbes cōcuſſæ & ſubrutæ periſſe referant.Va
lens ab Eudoxio epiſcopo Arriani dogmatis aſſertore & baptizatus & pſuaſus ī ſæuiſſi-
mā hæreſim declinauit.ſed malignā īſecutionē diu texit.nec uoluntati poteſtatē admiſ-
cuit:quoad uiuētis fratris auctoritate cōpreſſus ē.Cōtēplabat̃.n.de eo quātā uim ī ulci
ſcenda fide īpator poſſet exercere:q̄ tātā cōſtātiā pro retinenda quōdā miles habuiſſet.
Hoꝝ āno īperii tertio Gratianus Valentiniani filius īpator eſt factus.Eodē anno apud *Gratianus imperator*
Atrebatas uera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit.Præterea Athanaricus rex Go- *Lana de celo pluuit*
thoꝝ chriſtianos gente ſua crudeliſſime pſecutus plurimos barbaroꝝ ob fidem inter-
fectos ad coronā martyrii ſublimauit:quoꝝ tamen plurimi in romanū ſolū nō trepidi
uelut ad hoſtes ſed certi:quod ad fratres pro chriſti cōfeſſione fugerent.Valentinianus
Saxonū gentem in oceani littoribus & paludibus inuiis ſitam uirtute atque agilitate
terribilem periculoſam romanis finibus:eruptionem magna mole meditantem in ipſis
Francorum finibus oppreſſit.Burgundionum quoq; nouorum hoſtiū nouum nomē *Burgundionū origo*
q̄ plus q̄.lxxx.M.ut ferūt armatoꝝ ripæ rheni fluminis īſederunt: hos quōdā ſubacta
iteriore Germania a Druſo & Tiberio adoptiuis filiis Cæſaris Auguſti p caſtra diſpoſi-
tos aiunt ī magnā coaluiſſe gentē:atq; ita etiā nomē ex opere præſūpſiſſe:qa crebra per
limitē habitacula cōſtituta burgos uulgo uocant:eoꝝq; eſſe præualidā & pnitioſā ma-
num:Galliæ hodie quæ teſtes ſunt:ī q̄bus præſūpta poſſeſſione cōſiſtunt q̄uis ꝓuiden-
tia dei omnes chriſtiani modo facti catholica fide:noſtriſq; clericis q̄bus obedirent re-
ceptis blande māſuete īnocenterq; uiuant:nō quaſi cū ſubiectis Gallis:ſed uere cū fratri-
bus chriſtianis.Anno aūt.xi.īperii ſui Valentinianus cū Sarmatæ gentes ſeſe p Panno-
nias diffudiſſent:eaſq; uaſtarent:bellū ī eos parans:apud Brigitionē oppidū ſubita effu-
ſione ſanguinis quod græce apopleſis uocat̃:ſuffocatus & mortuus ē.Poſt quē Gratia
nus filius eius occidētis īperiū tenuit:Valente patruo in orientis partibus conſtituto.Va
lentianum etiam fratrem ſuum paruum admodum ſocium creauit imperii.Anno ab
urbe condita.M.c.xxviii.Valens.xxxix.imperium.iiii.annis Valentiniano mortuo te
nuit:qui ſolus cum impie ageret:& poſſet erubeſcere:ilico ueluti effrenata liber audacia
legē dedit:ut monachi.i.chriſtiani:q̄ ad unū fidei opus dimiſſa ſæculariū reꝝ multimo
da actione ſe redegerāt:ad militiā cogerent̃.Vaſtas illas tunc Aegypti ſolitudines:ha-
renaſq; diffuſas:quas ꝑpter ſitī ac ſterilitatē piculoſiſſimāq; ſerpentū abundantiā cōuer
ſatio humana nō noſſet:magna habitantiū monachoꝝ multitudo cōpleuerat.Hic tri-
buni & milites miſſi:q̄ ſāctos ac ueros milites dei alio nomine pſecutionis abſtraherēt:ī
terfecerūt ibi agmina multa ſcōꝝ.quæ aūt p diuerſas ubiq; ꝓuincias his ſimilibuſq; iuſ-
ſis aduerſus eccleſias catholicas & rectæ fidei populos geſta ſint:ſatis ſignificatū ipſa reti

cendi electione sufficiat. Interea in Aphricæ partibus Firmus sese excitatis Maurorũ gentibus regẽ cõstituẽs: Aphricã mauritaniãq̃ uastauit. Cæsareã urbem nobilissimam Mauritaniæ dolo captã: deĩde cædibus incẽdiisq̃ cõpletã barbaris in prædã dedit. Igitur comes Theodosius Theodosii qui post ĩperio præfuit: pater a Valẽte missus effusas maurorũ gẽtes multis præliis fregit: ipsũq̃ firmũ afflictũ & oppressũ coegit ad mortẽ. Post cũ experientissima ꝓuidẽtia totã cũ Mauritania Aphricã meliorẽ pristinis legibus reddidisset: ĩstimulante & obrepẽte inuidia iussus interfici: apud Carthaginẽ baptizari in remissione peccatorũ præoptauit. At postq̃ sacramẽtũ christi quod quæsierat assecutus ẽ: post gloriosã sæculi uitã: etiã de uitæ æternitate securus percussori iugulũ ultro præbuit. Gratianus interea imperator admodũ iuuenis cũ inæstimabilẽ multitudinẽ hostiũ Romanis infusã finibus cerneret: fretus christi potentia lõge impar militũ numero sese ĩ hostẽ dedit: & cõtinuo apud Argẽtariã oppidũ galiarũ formidolosissimũ bellũ incredibili fœlicitate cõfecit. Nã plus q̃. xxx. M. Alemanorũ minimo romanorũ detrimento in eo prælio interfecta narrãt. Tertio. x. autẽ anno imperii Valẽtis: hoc ẽ paruo tẽpore postea q̃ Valẽs per totũ oriẽtẽ ecclesiarũ laceratiões sãctorũq; cædes egerat radix illa miseriarũ nostrarũ copiosissimos simul frutices germinauit. Siquidẽ genus Hunnorũ diu inaccessis seclusa mõtibus repẽtina rabie percita exarsit in Gothos. eosq̃ sparsim conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothi trãsito Danubio fugiẽtes a Valẽte sine ulla fœderis pactione suscepti: ne arma quidẽ quo tutius barbaris crederẽt: tradidere romanis. Deide propter intolerabilẽ auaritiã maximi ducis fame & iniuriis adacti in arma surgẽtes: uicto ualẽtis exercitu per Thraciã sese miscẽtes simul oĩa cædibus: incẽdiis: rapinisq̃ fuderũt. Valẽs egressus de Antiochia: cũ ultima infœlicis belli sorte traheretur: sera peccati maxima pœnitẽtia stimulatus episcopos cæterosq; sãctos reuocari de bellis ĩperauit. Itaq̃. xv ĩperii sui anno lachrymabile illud bellũ in Thracia cũ Gothis iã tũc exercitatiõe uiriũ reruq̃ abũdãtia instructissimis gessit. ubi primo statim impetu gothorũ ꝑturbatæ romanorũ equitũ turmæ nuda peditũ deseruere præsidia. Mox legiones peditũ undiq̃ eqtatu hostiũ cinctæ: ac primũ nubibus sagittarũ obrutæ: deĩde cũ amẽtes metu sparsim ꝑ deuia cogerẽt: fũditus cæsæ gladiis insequẽtũ: cõtisq̃ perierũt. Ipse imperator cum sagitta saucius uersusq̃ in fugã ægre in cuiusdã uillulæ casã deportatus lateret: ab ĩsequẽtibus hostibus deprehẽsus: subiecto igne cõsũptus ẽ: & quo magis testimoniũ punitiõis eius & diuinæ indignatiõis terribili posteris eẽt exẽplo: cõmuni caruit sepultura. Cõsoletur se & ĩ hoc peruicacia miseriaq̃ gẽtiliũ: quia tẽporibus & regibus christianis tantæ simul cõgestæ clades præssã rei. p. onerauere ceruicẽ. euersæ ꝓuiciæ: deletus exercitus: imperator ĩcẽsus. Magnũ re uera hoc ẽ ad nostrũ dolorẽ magisq̃ miserũ quo magis nouũ. Sed qd hoc ad cõsolationẽ ꝓficit paganorũ: q palã præuidẽt & in his quoq̃ ꝑsecutorẽ ecclesiarũ fuisse punitũ? Vnus deus unã fidẽ tradidit. unã ecclesiã toto orbe diffudit. hãc aspicit. hãc diligit. hãc defẽdit. Quolibet se quisq; nomine tegat: si huic nõ sociat̃ alienus. si hãc ĩpugnat inimicus ẽ. Cõsolet̃ se gẽtiles inq̃tũ uolũt iudæorũ hæreticorũq; suppliciis tã tũ et unũ deũ eẽ: et eũdẽ ꝑsonarũ acceptorẽ nõ eẽ: uel ex hac potissimũ ualẽtis extĩcti ꝓbatiõe fateãt̃. Gothi ãtea ꝑ legatos supplices poposcẽrũt: ut illis episcopi. a q̃bus christiãæ fidei regulã discerẽt: mitterẽt̃: Valẽs ĩpator exitiabili prauitate detẽtus doctores Arriani dogmatis misit. Gothi primæ fidei rudimẽtũ qđ accepe tenuerũt. Valẽs catholicæ fidei

genus hunnorum

normã:quã prius habuerat dereliquẽs.puerso Arrianorum dogmati sese illexit. Itaque iusto dei iudicio ipsi eũ uiuum icenderũt:q ppter eũ etiã mortui uitio erroris arsuri sunt. Anno ab urbe cõdita.M.c.xxxii.Gratianus.xl.ab Augusto post mortẽ Valẽtis sex annis iperiũ tenuit:quis iam dudũ antea cũ patruo Valẽte & cũ Valentiniano fratre regnaret q cũ afflictũ ac pene collapsũ rei.p. statũ uideret:eadẽ puisione qua quõdã legerat Nerua Hispanũ uirũ Traianũ:p quẽ respublica reparata est:legit & ipse Theodosiũ æque Hispanũ uirum:& restituẽdæ rei.p.necessitate apud Syrmũ purpuram iduit.orientisque & Thraciæ simul præfecit iperio hoc pfectiore iudicio:qa cũ i oibus humanæ uitæ uirtutibus iste par fuerit: i fidei sacramẽto religiõisque cultu sine ulla cõparatione præcessit. siqdẽ ille psecutor.hic ppagator ecclesiæ. ita illi ne unus qdẽ pprius filius.quo successore gauderet:idultus ẽ.huius autem orienti simul atque occidenti per succiduas usque ad nunc generationes gloriosa propagatio dominatur.

Theodosius hispanus imperator

Creatus imperator Theodosius a Gratiano Cõstantinopolim itrauit uictor.

Itaque Theodosius afflictã rem.p.ira dei:reparãdã credidit misericordia illius omnẽque fiduciã sui ad opẽ christi cõferẽs maximas illas Scythicas gentes formidatasque cunctis maioribus:Alexãdro quoque illi magno: sicut Põpeius Corneliusque testati sunt:euitatas:nũc aut extĩcto romano exercitu:Romanis eqs armisque instructissimas:hoc ẽ Alanos.Hũnos:& Gothos incũctanter aggressus magnis multisque præliis uicit. Vrbẽ cõstãtinopoli uictor itrauit:& ne paruã romani exercitus manũ assidue bellãdo dettereret:fœdus cũ Athanarico Gothorum rege pcussit. Athanaricus aũt cõtinuo ut cõstãtinopoli uenit:diẽ obiit. Vniuersæ gothorum gẽtes rege defũcto aspiciẽtes uirtutẽ benignitatẽque Theodosii romano sese ipio dediderũt. In his etiã diebus Persæ.q Iuliano iterfecto aliisque iperatoribus sæpe uictis:nũc etiã Valẽte i fugã acto recẽtissime uictoriæ satietatẽ cruda isultatiõe ructabãt:ultro Cõstãtinopoli ad Theodosiũ misere legatos:pacẽ suppliciter postulãtes. Ictũque tũc fœdus ẽ:quo uniuersus oriẽs usque ad nunc trãqllissime fruit. Interea cũ Theodosius i oriẽte subactis barbarorum gẽtibus Thracias tãdẽ ab hoste liberas reddidisset:& Arcadiũ filiũ suũ cõsortẽ fecisset iperii:maximus uir qdẽ strenuus & pbus atque Augusto dignus:nisi contra sacramenti fidem p tyrannidem emersisset i Britãnia iuitus ppemodũ ab exercitu ipator creatus i galliã trãsiit.ubi Gratianũ augustũ subita icursiõe pterritũ:atque i italiã trãsire meditãtẽ dolis circũuẽtũ iterfecit. fratrẽque eius Valẽtinianũ augustũ italia expulit Valentinianus in orientem refugiens a Theodosio paterna pietate susceptus:mox etiam imperio restitutus est.

Pompeius. Cornelius.

Archadius imperator

Anno ab urbe condita.M.c.xxxviii. Theodosius.xli.iterfecto a Maximo gratiano ipiũ romani orbis obtinuit.mãsitque i eo ãnis.xi.cũ iã i oriẽtis partibus.vi. ãnis Gratiano uiuẽte regnasset:itaque iustis necessariisque causis ad bellũ ciuile pmotus.cũ e duobus augustis fratribus & ultionẽ unius iterfecti sanguis exigeret.& restitutionem miseria alterius exulãtis oraret:posuit i deo spem suã:seque aduersus Maximũ tyrãnũ sola fide maior. nã lõge minor erat uniuersa apparatus bellici cõparatione: pripuit. Aqleiæ tũc maximus uictoriæ suæ spectator isederat. Andragatius uero comes eius sũmã belli administrabat:q cum largissimis militũ copiis: ipsaque magnarum copiarũ fortitudine præcellẽte cõsilio oẽs icredibiliter alpiũ ac fluminũ aditus cõmunisset: ieffabili iudicio dei:nauali expeditione dũ incautũ hostẽ præuenire & obruere parat:spõ

te eadē:quæ obstruxerat claustra:deseruit.Ita Theodosius nemine sentiēte:ut nō dicā re pugnāte:uacuas transmisit alpes.atq; aquileiam improuisus adueniēs hostē illū magnū maximū trucē & ab imanissimis quoq; germanorū gentibus tributa ac stipēdia solo ter rore nominis exigentē sine dolo & cōtrouersia clausit.cæpit & occidit. Valentinianus re cepta Italia potitus iperio ē.Andragacius comes cognita Maximi nece præcipitē sese e naui in undas dedit ac suffocatus ē.Theodosius incruentā uictoriā deo procurāte susce pit.Ecce regibus & temporibus christianis qualiter bella ciuilia cū uitari nequeūt:trāsi gunt.Ad uictoriā peruētū ē:irrupta ē ciuitas.correptus tyrānus. & hoc parū est.Ecce a parte alia uictus hostilis exercitus atq; ipso tyrāno truculētior comes tyrāni ad mortē coactus tantæ dissolutæ clusæq; insidiæ.tanti apparatus exinaniti sunt.& tamen nullus dolos struxit.nullus aciē disposuit. postremo nullus.s.gladiū de uagina extulit.Formi dolosissimū bellū sine sanguine usq; ad uictoriā & in uictoria duorū morte cōfectū ē.Et ne hoc quisq̄ casu factū putet:quo magis potētia dei qua dispēsātur & iudicātur uniuer sa:propalato sui testimonio declaratur:obstrepētiū mētes uel ad cōfusionē uel ad fidem cogat.dico rē ignotā omnibus & oībus notā.Post hoc bellū quo Maximus interfectus ē multa utiq; sicut oēs recognoscimus:Theodosiūq; filiū eius Honoriū usq; ad nunc ex terna bella & ciuilia consecuta sūt.& tamē omnia pene usq; in hodiernū diē eqdē cū fru ctu simplicis sāctæq; uictoriæ:uel nullo uel minimo sāguine quieuerūt.Igit Valētinia nus iunior regno restitutus extincto Maximo:eiusq; filio uictore:quē imperatorē gal lis Maximus relinquēs præfecerat:ipse i galliā transiit:ubi cū trāqlla re.p.in pace age ret:apud Viennā dolo Arbogastis comitis sui:ut ferūt:strāgulatus atq; ut uoluntariam sibi cōsciuisse mortē putaretur:laqueo suspēsus est.

Arbogastes Valentiniano iperatore occiso statim Eugeniū tyrannū fecit iperatorē.

Ortuo Valētiniano Augusto Arbogastes Eugeniū tyrānū mox creare ausus ē Legitq; hoiem:cui titulū impatoris iponeret ipse acturus iperiū uir barbarus: aio:cōsilio:manu:audacia:potētiaq; nimius.cōtraxitq; undiq; inumeras inui ctasq; copias uel romanorū præsidiis uel auxiliis barbaroꝝ:alibi ptāte:alibi cognatione subnixus.Historiā notā etiā oculis plurimorū quā melius q̄ spectauerīt nouerūt.Dilatari nō opus ē uerbis:potētia dei nō fiducia hoīs uictorē semp extitisse Theodosiū. Arboga tes iste præcipuū in utroq; documētū ē:q & tūc cū Theodosio paruit:tātis istructū præsi diis Maximū ipse minimis cæpit:& nūc cū aduersus eūdē Theodosiū collectis Galloꝝ frācorūq; uiribus exūdauit:nixus etiā præcipuo cultu idoloꝝ magna tamē facilitate suc cubuit.Eugenius atq; Arbogastes istructas acies cāpis expedierāt:arta alpiū latera atq; ineuitabiles trāsitus præmissis callide insidiis occuparāt:ut etiā si numero ac uiribus ipa res forēt:sola tamē belli dispositiōe uictores.At uero Theodosius i sūmis alpibus cōstitu tus.expers cibi ac somni sciens q̄ destitutus suis: nesciens q̄ clausus alienis. dominum christū solus solū:q posset oīa:corpore humi fusus:mēte cœlo fixus orabat.Dehīc post q̄ isōnē noctē precū cōtinuatiōe trāsegit.& testes ꝓpemodū quas i preciū præsidii cœle stis appēderatus lachrymarū lacunas reliquit fiducialiter arma corripuit solus.Sciens uero se eē nō solū signo crucis tuēdū sed & uictoriā adepturū:signo crucis se muniens si gnū uictoriæ dedit.ac se in bellum etiā si nemo sequeret:uictor futurus imisit.Prima sa lutis uia extitit.Arbitrio hostiliū partiū comes q cū ignaꝝ iperatorē circūpositis excepis

fet īsidiis:cōuersus ad reuerentiā præsentis augusti nō solū periculo liberauit.uex etiam instruxit auxilio.At ubi ad cōtigua imiscendæ pugnæ spacia puentū ē:cōtinuo magnus illæ & ieffabilis turbo uentoꝝ in ora ostiū ruit.Ferebant̄ p aerē spicula nostroꝝ.atq; ultra mensurā humani iactus p magnū inane portata nunq̄ ppemodū cadere priusq̄ ipingerent sinebant̄:Porro turbo aut cōtinuus ora pectoraq; hostiū nunc illisis grauiter scutis euerberabat:nunc īpressis ptinaciter obstructa claudebat.nunc auulsis uiolenter destituta nudabat.nunc oppositis iugiter ī terga trudebat.tela etiā:quæ ipsi uehementer intorserant:excepta uentis ipetu supinata:ac retrorsum coacta ipsos infœliciter configebant.Prospexit sibi humanæ cōscientiæ pauor.Nam continuo sese parua suorum manu fusa uictori Theodosio hostilis strauit exercitus.

Eugenius tyrannus captus est & occisus.

Vgenius captus atq; iterfectus ē.Arbogastes sua se manu pculit.Ita & hic duorum sanguine bellū ciuile restinctū est absq; illis.x.M.Gothoꝝ:quos præmissos a Theodosio Arbogastes delesse funditus ferūt:quos utiq; pdidisse lucrum & uinci uincere fuit.Nō insulto obtrectatoribus nostris.Vnū aliquod ab initio urbis cōditæ bellū pferant tam pia necessitate susceptū:tā diuina fœlicitate cōfectū:tam clemēti benignitate sopitū:ubi nec pugna grauem cædē:nec uictoria cruentā exegerit ultionē:& fortasse cōcedā ut nō hæc fidei christiani ducis cōcessa uideant̄:quis ego hoc testimonio nō laborē:q̄do unus ex ipsis poeta q̄dē eximius:sed paganus puicacissimus huiusmodi uersibus & deo & homini testimoniū tulit:q̄bus ait.O nimiū dilecte deo tibi militat æther.& cōiurati ueniūt ad classica uenti.Ita cœlitus iudicatū ē iter partē etiā sine præsidio hominū de solo deo humiliter spantē:& partē arrogātissime de uiribus suis & de idolis præsumentē.Theodosius autē cōposita trāq̄llataq; re.p.apud Mediolanū cōstitutus diē obiit.

Arcadius & Honorius regnū iperii Romani susceperunt.

Nno ab urbe cōdita.M.c.xlix.arcadius augustus:cuius nūc filius Theodosius orientē regit.& Honorius augustus frater eius:cui nunc res.p.initit̄.xlii.loco cōmune iperiū:diuisis tantū sedibus tenere cœperūt.uixitq; Arcadius post patris excessum annis.xii.ipiiq; summā Theodosio filio suo paruo admodū moriens tradidit.Interea Gildo comes q ī initio regni eoꝝ Aphricæ præerat:simul ut defunctū Theodosiū cōperit:siue ut q̄dā ferūt:quadā pmotus iuidia Aphricā orietalis ipii partibus iungere molitus ē:siue ut alia tradit opinio:minimā ī paruulis spem fore arbitratus:præsertī cū absq; his nō facile antea quisq̄ pusillus in iperio relictus ad maturitatem uirilis ætatis euaserit:istiq; ppemodū soli iueniant̄:quos ob gratiā patris ac suā fidē & diuisos & destitutos christi tutela puexerit:Aphricā excerptā a societate rei.p.sibi usurpare ausus ē gētili magis licētia cōtētus:q̄ ambitu regiæ affectiōis iflatus.Huic Mascezel frater fuit:q nouaꝝ reꝝ molitiones ī fratre phorrescēs cū filiis adolescētibus ī Italiā rediit.Gildo & absētiā fratris & præsentiā filioꝝ eius suspectā habēs:adsolescētes dolo circūuētos iterfecit.Ad hūc iā ut hostē bello īsequēdū Mascezel frater missus ē:quē idoneū pc urādæ rei p.fore ppriæ orbitatis recēs dolor pollicebat̄.Igit̄ mascezel iā ide a Theodosio sciēs: q̄tū ī rebus desparissimis orō hoīs p fidē christi a clemētia dei īpetraret:capraria īsulā adiit:unde secū scōs seruos dei aliquot pmotus precibus suis sūpsit.cū his orōnibus ieiuniis:psalmis dies et noctes cōtinuās sine bello uictoriā meruit.ac sine cæde uidictā.ardalio flumi

nis nomen ē:quod fluit inter Thebastē & Metriderā ciuitates:ubi cū parua manu: hoc est cum.v.M.ut aiūt:militū cōtra.lxx.M.hostiū castrametatus:cū iteriecta mora ex cedere loco:oppositasq; præiacentis uallis angustias transgredi uellet: intercurrēte nocte .b.Ambro.episcopū Mediolani paulo ante defunctū per sōniū sibi uidere uisus ē:significātē manu & ipacto ad humū ter bacculo dicētē.hic.hic.hic.Quod ille prudenti coniectura intellexit:merito annūciantis fidē uictoriæ:uerbo locum:numero diē significari. Substitit ac tertio demū die post noctē orationibus hymnisq; peruigilem munitus ipsis cœlestium sacramentorū mysteriis in hostē circūfusū processit.Et cū ad eos qui primi occurrerant pia pacis uerba iactaret:signiferū quēdā insolēter obsistētē:iamiāq; pugnā excitātē gladio percussit in brachio:eūq; manu debilē ipso uulnere coegit pronū inclinare uexillum.Quo uiso reliquæ cohortes deditionē iā fieri priorū estimātes:certatim sese ad Mascezelē signis tradere cōuersis.Barbari quorū magnā multitudinē Gildo ad bellū deduxerat defectu militum destituti in diuersa fugierunt.

Gildo occisus est.

Gildo & ipse fugā mollitus arrepta naui.ut in altum prouectus:ac deinde reuocatus in Aphricā est:post aliquot dies strāgulatus interiit. Periclitaremur sub tātorum miraculorum relatu:quasi præsumpta mētiēdi ipudētia:si adhuc uocem nostrā cōscientia eorū qui interfuere nō præcurreret.Nullæ aguntur insidiæ.nulla corruptio &.lxx.M.hostium uincunt.Pene sine pugna fuit uictus ad tēpus.ne plus audeat uictor iratus.Trāsportatur i diuersum locum:ut nesciatur a fratre occidi:quo uidicētur occisi.Sane idē Mascezel elatus rerum secūdarū insolētia:posthabito sanctorū consortio cum quibus antea deo militās uicerat:etiā ecclesiā temerare ausus ē.atq; ex ea quosdā nō dubitauit extrahere.Secuta est pœna sacrilegum. Nā iisdē superstitibus atq; insultantibus:quos ab ecclesia ad pœnā protraxerat:post aliquātū tēpus solus ipse punitus ē. probauitq; in se uno ad utrūq; sēper diuinū uigilare iudiciū:quādo & cū sperauit adiutus & cū cōtēpsit:occisus ē.Interea cū a Theodosio imperatore senior singulis potissimis infātū cura & disciplina utriusq; palatii cōmissa eēt:hoc est Rufino orietalis aulæ:Stiliconi occidentalis imperii quid uterq; egerit:quidue agere conatus sit:exitus utriusq; docuit cū alius sibi:alius filio suo affectās regale fastigium:ut rebus repēte turbatis necessitas rei publicæ scelus ambitus tegeret: gentes barbaras ille immisit.hic fouit.Taceo de Halarico rege cū gothis suis sæpe uicto:sæpe cōcluso:sēperq; dimisso.Taceo de infœlicibus illis apud Polentiā gestis cū barbaro & pagano duce:hoc ē Sauli cui sūma belli cōmissa ē:cuius improbitate reuerētissimi dies:& sanctū pasca uiolatū ē:cædentiq; hosti propter religionē:ut pugnaret exortū ē:cū quidē ostēdēte in breui iudicio dei:& quid fauor eius posset:& quid ultio diuina exigeret:pugnantes uicimus.uictores uicti sumus. Taceo de ipsorū inter se barbarorū crebris dilacerationibus cū se inuicē Gothorū cunei duo deide Halani atq; Hūni uariis cædibus populabātur.

Rhedagaisus hostis Italiā intrauit & occisus est cū gēte sua.

Rhedagaisus oīum antiquorū præsētiūq; hostiū lōge imanissimus repētino ipetu totā inūdauit Italiā.Nā fuisse i populo eius plus q̄.cc.M.gothorū ferūt.Hic supra hāc incredibilē multitudinē indomitāq; uirtutē paganus & Scytha erat: qui ut mos ē barbaris huiusmodi gentibus omnē romani generis sanguinē diis suis pro

pinare deuouerat.hoc igit̃ Romanis arcibus iminẽte fit oium paganorum̃ i urbe cõcursus clamãtiũ:hostẽ eẽ cũ utiq̃ uiriũ copia tũ maxime presidio deorum̃ uicẽdũ:potẽtẽ urbẽ aũt ideo destitutã & mature piturã:qa deos & sacra pdiderit.magnis querelis ubiq̃ agit̃:& cõtinuo de repetẽdis sacris cælebrãdisq̃ tractat̃.Feruent tota urbe blasphemiæ.uulgo nomẽ christi tanq̃ lues aliqua præsentiũ tẽporum̃ pbris igrauat̃.Itaq̃ ieffabili iudicio dei factũ est:ut quoniã i pmixto populo piis gratia ipiis pœna debebatur: oportebatq̃ pmitti hostes:q̃ isuasibile i plurimis:& cõtradicẽtẽ ciuitatẽ seuerioribus solitos flagris coarguerẽt:nõ tamẽ eos q̃ idiscrete cũctos itẽperata cæde delerẽt:duo tunc populi Gothorum̃ cũ duobus potẽtissimis regibus suis p Romanas puicias baccharent̃: quorum̃ unus christianus ppiorq̃ Romano populo:&:ut res docuit:timore dei mitis in cæde:alius paganus barbarus & uere Scytha:q̃ nõ tãtũ gloriã:aut prædã:q̃tũ iexaturabili crudelitate ipsã cædẽ amaret.In cæde & hic iã receptus sinu Italiæ Romã e pximo tremẽtẽ terrore quassabat.Itaq̃ si huic ultionis potestas pmitteret̃ quẽ Romani ob hoc præcipue timẽdũ arbitrabant̃:qa fauorẽ deorum̃ sacrificiorum̃ obseqis iuitaret:& imoderatior cæde sine fructu emẽdatõis arsisset.& error nouissimus peior priore creuisset: q̃doqdẽ i pagani & idolatræ manus icidisse nõ solũ paganis residuis de restaurãdo cultu idolorum̃ esset idubitata psuasio:sed & christianis piculosa psuasio cũ & hi præiudicio terrerẽt̃:& illi cõfirmarẽt̃ exẽplo.Quãobrẽ iustus dispẽsator humani generis d̃s pire paganũ hostẽ uoluit.& christianũ præualere pmisit:ut pagani blasphemãtesq̃ romãi & illo cõfunderent̃ pdito:& hoc punirent̃ imisso:maxime cũ iperatoris Honorii admirãda i rege cõtinẽtia & sanctissima fides nõ parum̃ diuinæ misericordiæ mereret̃.Cõcedunt̃ qdẽ aduersus imanissimũ illũ hostẽ Rhedagaisum aliorum̃ hostiũ turmæ cũ copiis suis iclinant̃ ad auxiliũ eorum̃ animi.Assunt Vldinus & Sarus Hũnorum̃ & Gothorum̃ duces præsidio romanorum̃.sed nõ sinit deus rẽ potẽtiæ suæ uirtute hoium & maxime hostiũ uideri.Cõterritũ diuinitus Rhedagaisum i Fesulanos mõtes coegit:eiusq̃ secundũ eos q̃ parcissime referũt.cc.M.hoium iopũ cõsilii & cibi i arido & aspo mõtis iugo ut gẽte undiq̃ timore cõcludit: agminaq̃ q̃bus dudũ angusta uidebat̃ Italia latẽdi spe i unũ ac paruũ uerticẽ trudit.Quid multis morer? Nõ disposita i bellũ acies fuit.nõ furor timorq̃ icerta pugnæ prætulit: nõ cædes acta.nõ sangnis effusus ẽ.quod fœlicitati postremo loco deputari solet.dãna pugnæ euẽtu cõpẽsata uictoriæ:edẽtibus bibẽtibus ludẽtibusq̃ nostris tãti illi tãq̃ imanes hostes esuriẽtes & sitiẽtes:lãguẽtesq̃ cõfecti sũt Parum̃ hoc ẽ:nisi captũ & cathenatũ ac subiugatũ sciãt:quẽ timuere romani: illũq̃ idolatrã suum:cuius sacrificia se magis pertimescere q̃ arma fingebãt:sine prælio uictũ ac uictum sub iugo cathenisq̃ despiciãt.Igit̃ rex Rhedagaisus solus spem fugæ sumẽs clã suos deseruit:atq̃ i nr̃os icidit:a q̃bus captus & paulisper retẽtus ac deide iterfectus est.Tãta uero multitudo captiuorum̃ Gothorum̃ fuisse fert̃:ut uilissimarum̃ pecudum modo singulis aureis passim greges hoium uẽderent̃.Sed nihil superesse deus de eodẽ populo sinit.Nã ilico cunctis q̃ emebant̃ moriẽtibus:quod iprobi emptores eorum̃ nõ ipẽderũt turpiter preciis:expẽderunt misericorditer sepulturis.Igit̃ ingrata Roma:quæ sicut nunc sensit nõ ad remittẽdã sed ad reprimẽdã idolatriæ præsumptionem iudicis dei obliq̃ misericordiã:ita cõtinuo ppter uiuorum̃ mortuorũq̃ scõrum̃ piã recordationem dei irã passura nõ plenã:si forte cõfusa pœniteat:& per experientiã fidem discat:ab i-

nõ sinit deus rem potentie sue virtute hominũ et maxime hostiũ videri.

cursu Halarici regis & hostis. sed christiani aliq̃tulo ad tẽpus spacio differtur.

Stilico uoluit usurpare imperium Romanum pro filio.

Nterea comes Stilico Vuãdaloꝝ ibellis auaræ pfidæ & dolosæ gẽtis genere editus: paruipẽdens q sub ĩperatore imperabat: Eucheriũ filiũ suum: sicut a plærisq; tradit: iã ĩde christianoꝝ psecutionẽ a puero priuatoq; meditãtem ĩ ĩperio quoquo modo substituere nitebat. Quãobrẽ Halaricũ cũctãq; Gothoꝝ gẽtẽ ꝓ pace optima & q̃buscũq; sedibus suppliciter ac simpliciter orãtẽ: occulto fœdere fouens: publicæ aũt & belli & pacis copia negata ad terendã terrendãq; rẽ.p. reseruauit. Præterea gẽtes alias copiis uiribusq; ĩtolerabiles: q̃bus nũc galliaꝝ hispaniarũq; ꝓuinciæ premunt: hoc est Halanoꝝ Sueuoꝝ Vuãdaloꝝ: ipsoq; simul motu ĩpulsoꝝ Burgũdionũ ultro ĩ arma sollicitãs deterso semel romani nominis metu suscitauit. eas iterim ripas Rheni quatere & pulsare gallias uoluit: sperãs miser sub hac necessitatis circũstãtia: q̃a & extorquere ĩperiũ genero posset ĩ filiũ: & gẽtes barbaræ tã facile cõprimi q̃ cõmoueri ualerẽt. Itaq; ubi ĩperatori Honorio exercituiq; romano hæc tantoꝝ scelerꝝ scæna patefacta est. cõmoto iustissime exercitu occisus est Stilico: q̃ ut unũ puerũ purpurã ĩdueret: totius generis humani sanguinem dedit. Occisus est & Eucherius q̃ ad cõciliãdũ sibi fauorẽ paganoꝝ restitutiõe tẽploꝝ & euersione ecclesiaꝝ ĩbutuꝝ se regni primordia minabat. paucique cum iisdẽ satellites tãtarum mollitionum puniti sunt. Ita minimo negocio paucorumque pœna ecclesiæ christi cum imperatore religioso & liberatæ sunt & uindicatæ. Itaque post hæc tanta augmenta blasphemiarum nullamque puram ultima illa diuque suspensa urbem pœna consequitur.

Halaricus urbem expugnauit Romam. & deprædatus est.

Dest Halaricus. trepidã Romã obsedit. turbat irrũpit. dato tamen præcepto prius: ut si q̃ ĩ sancta loca præcipueq; ĩ sanctoꝝ apostoloꝝ Petri & Pauli basilicas cõfugissent: hos ĩ primis ĩuiolatos securosq; esse sinerẽt. Tũ deide inq̃tũ possent prædæ ĩhiãtes a sanguine tẽperarẽt: accidit quoq; quo magis illa uerbis irruptio ĩdignatiõe dei acta: q̃ hostis fortitudine ꝓbaret. ut. b. Inno. Romanæ ecclesiæ episcopus: tanq̃ iustus Loth subtractus a Sodomis occulta prouidentia dei apud Rauẽnam tunc positus peccatoris populi non uideret excidium. Discurrentibus itaq; per urbem barbaris forte unus Gothorum idemque potens & christianus sacram deo uirginem iam ætate prouectam ĩ quadam ecclesia domo repperit. Cumq; ab ea aurum argentumque honeste exposceret: illa fideli constãtia esse apud se plurimum & mox proferendum spopondit. ac protulit. Cumque expositis opibus attonitum barbarum magnitudine & pondere ac pulchritudine ignota & uasorum qualitate uideret: uirgo christi ad barbaꝝ ait. Hæc Petri apostoli sacra ministeria sunt. præsume si audes de facto tu uideris. Ego quia defendere nequeo: contendere non audeo. Barbarus uero ad reuerentiam religionis timore dei & fide uirginis motus ad Halaricum hæc per nũcium rettulit qui continuo reportari ad apostoli basilicam uniuersa ut erant: uasa imperauit. uirginẽ etiam simulque omnes qui se adiũgerent christianos: eodẽq; cũ defensione deduci. Ea domus sanctis sedibus longo ut ferunt. & medio interiectu urbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula & super capita lata palã aurea atq; argẽtea uasa portãtur: exertis undiq; ad defensionem gladiis

Innocentius Romane ecclesie episcopus

Miraculum factum in direptione urbis Rome

pia pōpa munit̄.hymnus deo romanis barbarisq̧ cōcinentibus publice canit̄. personat late ī excidio urbis salutis tuba:oēsq̧ etiā ī abditis latētes īuitat.ac pulsat.cōcurrūtundiq̧ ad uasa Petri:uasa christi.plurimi etiā pagani christianis ꝓfessiōe si nō fide admiscent̄ & per hoc tamē ad tēpus:quo magis cōfundant̄:euadunt.Quanto copiosius aggregātur romani cōfugientes:tāto auidius circūfundunt̄ barbari defensores.O sacra & ieffabilis diuini iudicii discretio.O sanctū istud & salutare flumē:quod parua exortū dum beato alueo ī sanctoꝝ sedes tendit:oberrātes periclitātesq̧ aīas ī sinū pia rapacitate puexit.O præclara illa christianæ militiæ tuba:quæ generaliter cūctos dulcissimo ad uitam modulamine īuitans:quos ad salutē īobedientes nō suscitauit: īexcusabiles reliqt ad mortē.Mysteriū hoc quod ī transferendis uasis:dicendis hymnis :ducēdis populis fuit : tāq̄ magnū cribꝝ fuisse arbitror.p quod ex cōgregatiōe populi romani tanq̄ ex magna massa frumenti per oīa ex uniuerso ābitu ciuitatis latebraꝝ foramina effluxere grana uiua siue occasione siue ueritate cōmota oīa:tamē de præsente salute credentia ex horreo dominicæ præparatiōis accepta sūt.Reliqua uero sicut stercora:& uelut paleæ ipsa uel īcredulitate uel īobediētia præiudicata ad exterminiū atq̧ īcēdiū remāserūt.qs hæc perpēdere plenis miraculis:qs prædicare dignis laudibus queat:Tertia die barbari q̄ ī gressi urbē fuerāt:spōte discedunt.facto qdē aliquantarū ædiū īcendio:sed ne tāto qdē q̄tū.dcc. cōditionis eius āno casus effecerat.Nā si exhibitā Neronis īperatoris sui spectaculis inflāmationē recēseā:ꝓculdubio nulla cōparatiōe æquiparabit̄ secūdū id:quod excitauerat lasciuia pricipis:hoc quod nūc cōtulit ira uictoris.Neq̧ uero Gallorū meminisse in huiusmodi collatiōe debeo: quā cōtinue pene per āni spatiū īcensæ urbis attritos cineres possederūt.Et ne qsq̄ forte dubitaret ad correptionē superbæ lasciuiæ:& blasphemiæ ciuitatis hostibus fuisse pmissū:eodē tēpore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt quæ iflāmari ab hostibus nequiuerūt.Anno itaq̧ ab urbe cōdita.M.c.lxxiiii. irruptio urbis p Halaricū facta ē:cuius rei q̄uis recens memoria sit:tamē siquis ipsius populi romani & multitudinē uideat & uocē audiat:nihil factū:sicut etiā ipsi fatētur:arbitrabitur nisi aliquantis adhuc existentibus ex īcendio ruinis forte doceat̄.In ea irruptiōe Placidia Theodosii pricipis filia:Arcadii & honorii īpatorū soror:ab Attahulfo Halarici ꝓpīquo capta ē atq̧ in uxorē assūpta:quasi eā diuino iudicio uelut speciale pignus obsidē Roma tradiderit.ita iuncta barbari potētissimi regis cōiugio multo rei.p.cōmodo fuit. Interea ante biēniū romanæ irruptionis excitatæ p Stiliconē gentes Halanoꝝ:ut dixi: Sueuorū: Vuandaloꝝ:multæq̧ cū his aliæ Francos ꝓterūt:Rhenū trāseunt.Gallias īuadunt. directoq̧ īpetu Pyreneū usq̧ pueniunt.cuius obice ad tēpus repulsæ per circūiacētes ꝓuincias refundunt̄.His per gallias bacchātibus apud Britānias Gratianus municeps eiusdē īsulæ tyrānus creat̄:& occidit̄.Huius loco Cōstātinus ex infima militia ꝓpter solā spē nois sine merito uirtutis eligit̄:q cōtinuo ut īuasit īperiū ī gallias trāsiit.Ibi sæpe a barbaris īcertis fœderibus illusus detrimēto magis rei.p.fuit.Misit uero in Hispanias iudices: quos cū ꝓuinciæ obediēter accepissent:duo fratres iuuenes nobiles & locupletes Didymus & Verianianus nō assūpsere:ne aduersus tyrānū qdē tyrānidē:sed īperatori iusto aduersus tyrannū & barbaros tueri sese patriāq̧ suā molliti sunt. Quod ipso gestæ rei ordine patuit:Nā tyrānidē nemo:nisi celeriter maturatā secreto īuadit:& publicæ arma cuius sūma ē: assūpto diademate ac purpura uideri ante q̄ sciri.Hi uero plurimo tēpore

Placidia Atthaulfi uxor

Constantinus Imperij occupator.

seruulos tātū suos ex ꝓpriis præsidiis colligētes ac uernacula alentes sūptibus: nec dissi mulato ꝓposito absq; cuiusq; inquetudine ad Pyrenei claustra tendebāt. aduersus hos Cōstantinus Cōstātē filiū suū: prohdolor: ex monacho cæsarē factū cū barbaris qbusdā qui quondā in fœdus recepti atq; in militiā allecti honoriaci uocabātur: in hispanias misit. Hinc apud hispanias prima mali labes. Nā interfectis illis fratribus qui tutari priuato præsidio pyrenei alpes molliebātur: his barbaris quasi in preciū uictoriæ primum prædandi in Palatinis cāpis licentia data. dehinc supradicti montis claustrorūq; eius cura permissa ē: remota rusticanorū fideli & utili custodia. Igitur honoriaci imbuti præda et illecti abundātia: quo magis scelus ipunitū foret: atq; ipsis sceleris plus liceret: ꝑdita Pyrenei custodia claustrisq; patefactis cūctas gētes: quæ per gallias uagabantur: hispaniarum prouīciis immittūt: iidemq; ipsi adiūguntur ubi actis aliq̄diu magnis cruentisq; discursibus post graues rerum atq; hominum uastationes; quarum ipsos quoq; modo pœnitet: habita sorte: & distributa usq; ad nunc possessione consistūt. Multa nunc mihi de huiusmodi rebus facultas loquendi foret: si nō secūdū oēs homines apud uniuscuiusq; mentem cōsciētia secreta loqueretur. Irruptæ sunt hispaniæ: cædes: uastatiōesq; passæ sūt nihil quidem nouū. hoc enim nūc per bięniū illud: quo hostilis gladius sæuit: sustinere a barbaris: quod per. cc. quondam annos passæ fuerant a Romanis: quod etiam sub ipeatore Galeno per annos propemodū. xii. germanis euertētibus exceperunt. Verūtamē quis nō se: qui sui suorūq; actuū uel etiā cogitationum conscius iudicia dei metuit iuste omnia passum: uel etiā parua sustinuisse fateatur: aut quis se non intelligit deūq; nō metuit: quomodo nō iuste ista & quidē parua sustinuit? Quæ cū ita sint illud tātū clemētia dei eadē pietate qua dudū prædixerat: procurauit: ut secūdū euāgelium suū: quo incessabiliter cōmonebat: cū uos persecuti fuerint in una ciuitate: fugite in aliā: quisq; egrediēs quo abire uellet ipsis barbaris mercennariis ministris ac defensoribus uteretur. Hoc tunc ipsi ultro offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus poterant: particulam stipendii ob mercedē seruitii sui & transuecti oneris flagitabāt. & hoc quidē a plurimis factum ē. Qui autem nō crediderunt euangelio dei quasi contumaces: uel si etiā nō audierunt: dupliciter contumaces non dederunt locum iræ: iuste superueniente ira comprehensi & oppressi sunt. q̄q̄ & post hoc quoq; continuo barbari execrati gladios suos ad aratra cōuersi sūt. residuosq; romanos ut socios modo & amicos fouent: ut inueniantur iam inter eos quidam romani qui malint inter barbaros pauperem libertatē: q̄ inter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere: q̄q̄ si ob hoc solum barbari Romanis finibus immissi forent: quod uulgo per orientem & occidentem ecclesiæ christi Hunnis Sueuis Vuādalis & burgundionibus: diuersisq; innumeris credentium populis replentur: laudanda & attollēda misericordia dei uideretur: quādoqdē & si cū labefactiōe nostri tātæ gētes agnitionē ueritatis accipent: q̄ inuenire utiq; nisi hac occasiōe nō posset. Quid enim dāni ē christiano ad uitā æternā inhiāti huic sæculo quolibet tēpore & quoquo pacto abstrahi? quid autē lucri est pagano in medio christianorū aduersus fidē obdurato si paulo diutius diē protrahat quandoq; moritura cui desperata cōuersio est? Et quia ineffabilia sunt iudicia dei quæ nec scire oia nec explicare quæ scimus: possumus: breuiter expresserim correctionē iudicis dei: quoquo pacto accidat iuste sustinere: q sciūt iuste sustinere q nesciūt. Anno ab urbe cōdita. M. clxxv. Honorius ipator uidēs tot oppositis

tyrannis nihil aduersum barbaros agi posse ipsos prius tyrãnos deleri iubet. Cõstantio comiti huius sũma belli cõmissa ẽ. Sensit tũc demũ res.p. & quã utilitatẽ i romano tãdẽ duce receperit. & quã eatenus pniciẽ p lõga tẽpora barbaris comitibus subiecta tolerarit

Honorius rempublicã Cõstantio cõmittit: & extincti sunt omnes tyranni.

Gitur Constantius comes in Galliã cũ exercitu pfectus Cõstantinũ iperatorem apud Arelatũ ciuitatẽ clausit. cepit & occidit. Iam hinc ut de cathalago tyrannorũ q breuissime loquar: Cõstantẽ filiũ Cõstãtini Gerõtius comes suus uir nequã magis q̃ pbus apud Vienã iterfecit. atq; in eius locũ Maximũ quẽdam substituit. Ipse uero Gerõtius a suis militibus occisus ẽ. Maximus exutus purpura: destitutusque a militibus Gallicanis q in Aphricã traiecti: deide i italiã reuocati sunt: nũc inter barbaros in Hispania egens exulat. Ionius postea uir Galliarũ nobilissimus in tyrãnidẽ mox ut assurrexit: cecidit. Sebastianus frater eiusdẽ hoc solũ ut tyrãnus moreretur: elegit. Nã continuo ut ẽ creatus: occisus ẽ. Quid de ifœlicissimo Attalo loquar: cui occidi iter tyrannos honor & mori lucrũ fuit. In hoc halaricus ipatore facto iterfecto refecto ac defecto: citi usq; his oĩbus actis pene q̃ dictis minimũ risit. & ludum spectauit iperii. Nec mirum si iure hac pompa miser lusus est: cuius ille umbratilis consul Tertulus ausus est in curia dicere: loquar uobis patres conscripti cõsul & pontifex: quorum alterum spero: sperans ab eo q nõ habebat spem. & maledictus utiq; q spem suã posuerat in homine. Attalus itaq; tanq̃ inane imperii simulacrũ cũ Gothis usq; ad Hispanias portatus est: unde discedens naui: incerta molliens in mari captus & ad Constantium comitem deductus: deide imperatori honorio exhibitus truncata manu uitæ relictus est. Heraclianus iterea Aphricæ comes missus cum idem Attalus umbram gestaret imperii Aphricã strenue aduersũ iudices ab eo missos tutatus consulatum assecutus est: quo elatus supercilio Sabinum domesticum suum uirum ingenio callidum: industriaq; solertem & sapientẽ nominandum: si animi uires trãquillis studiis accõmodauisset: generum allegit: cum quo quorũdam periculorũ suspitiones dum patitur: fecit atq; aliq̃diu Aphricana annona extra ordinem detenta ipse tandem cum imensa certe temporibus nostris satis incredibili classe nauium romam contendit. Nam habuisse tunc. iiii. M. lxx. naues dicitur quem numerum ne apud Xerxen qdem præclarũ illum Persarũ regẽ: nec Alexandrũ magnũ: uel quendã alium regum fuisse historiæ ferunt. Is simul ut cum agmine militũ ad urbem pergẽs littore egressus est occursu comitis Marini territus: & in fugam uersus arrepta naui solus Carthaginem rediit. atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit. unde post aliquantum temporis retractus exilioq; damnatus est. Hũc omnem cathalogum ut dixi: uel manifestorum tyrannorum uel inobedientium ducum optima honorius imperator religione & fœlicitate meruit: merito sane quia in his diebus præcipiente honorio & adiuuante Constantio pax & unitas per uniuersam Aphricam ecclesiæ catholicæ reddita est. & corpus christi: quod nos sumus grata discessione sanatum est: imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno uiro in primis prudenti & industrio: omniumque bonorum studiorũ appetẽtissimo quẽ Marinus comes apud Carthaginẽ icertũ zelo stimulatus: an auro corruptus occidit: q cõtinuo reuocatus ex aphrica factusq; priuatus uel ad pœnã uel ad pœnitẽtiã cõsciẽtiæ suæ dimissus ẽ. Anno ab urbe cõdita. M. c. lxviii. cõstãtius comes apud arelatũ Gal-

Enumeratio quorundam tyrannorũ.

Attahulfus Rex Gothorum

Hieronimus presbiter

Sine legibus respublica non est respublica.

Segericus et Vallia Reges Gothorum

Placidia Imperatoris soror fratri reddita.

liæ urbē cōsistēs magna reꝝ gerēdaꝝ īdustria gothos a Nerbonā expulit atq; abire ī Hispaniā coegit īterdicto præcipue.atq; īterclu so oī conatu nauiū & pegrinorū usu cōmercioꝝ gothoꝝ tūc populis Attahulfus rex præerat q post irruptionē urbis ac mortē Halarici Placidia:ut dixi:captiua sorore īperatoris in uxorē assūpta:Halarico in regnū successerat.Is ut supra auditū atq; ultimo exitu eius probatū est:satis studiose sectator pacis:militare fideliter Honorio imperatori:ac pro defendēda romana re.p.impendere uires Gothorū uires præoptauit.Nā ego quoq; ipse uirū quēdā Narbonēsem illustris sub Theodosio militiæ:etiā religiosū prudentemq; & grauē apud Bethleē oppidū Palestinæ beatissimo Hieronymo præsbytero referēte audiui se familiarissimū Atthaulfo apud Narbonā fuisse.ac de eo sæpe sub testificatione didicisse:quod ille cū eēt animo:uiribus:ingenioq; nimius referre solitus eēt se in primis ardēter inhiasse:ut oblitterato romano nomine romanū oē solū Gothorū imperium & faceret & uocaret:essetq;:ut uulgariter loquar Gothia:quod romania fuisset:fieret nūc Atthaulfus:quod quondā Cæsar augustus.At ubi multa experiētia probauisset:neq; gothos ullo modo parere legibus posse propter effrenatā barbariem neq; rei.p. interdici leges oportere sine quibus res publica nō ē res.p. elegisse se saltē:ut gloriā sibi de restituēdo in integrū augēdoq; romano noīe gothorum uiribus quæreret:haberetur q; apud posteros romanæ restitutionis auctor:postq̄ eē nō poterat īmutator.Ob hoc abstinere a bello:ob hoc inhiare paci nitebatur:præcipuæ Placidiæ uxoris suæ:fœminæ sanæ ingenio acerrimæ & religiōis satis probatæ ad omnia bonarū ordinationū opera persuasu & cōsilio temperatus.Cūq; eidem paci petendæ atq; offerēdæ studiosissime īsisteret apud Barchilonē Hispaniæ urbē dolo suorum: ut fertur: occisus ē.Post hūc Segericus rex a gothis creatus cū itidē iudicio dei ad pacē pronus esset:nihilominus a suis interfectus ē.Deinde Vallia successit in regnū ad hoc electus a gothis ut pacē infringeret:ad hoc ordinatus a deo:ut pacē confirmaret.Hic igitur territus maxime iudicio dei.quia cum magna superiore abhīc anno gothorū manus īstructa armis nauigiisq; trāsire ī Aphricā molliret:in.xii.M.passuum Gaditani freti tēpestate correpta miserabili exitu perierat:memor etiam illius acceptæ sub Halarico cladis cū gothi in Siciliā transire conati in cōspectu suorum miserabiliter arrepti et demersi sūt pacē optimā cū Honorio imperatore datis lectissimis obsidibus pepigit.Placidiā imperatoris sororē honorifice apud se honesteq; habitā frī reddidit.Romanæ securitati periculū suū obtulit:ut aduersū cæteras gētes:quæ per Hispanias cōsedissent: sibi pugnaret. & romanis uinceret:q̄uis Halanorū cæteri: Vandalorū Sueuorūq; reges eodem nobiscū placito despecti forēt:mādantes imperatori Honorio.Tu cū omnibus pacem habe.oīumq; obsides accipe.nos nobiscū cōfligimus.nobis perimus.tibi uincimur.īmortalis uero questus erit reipublicæ tuæ:si utriq; pereamus. Quis hæc crederet:nisi res doceret? Itaq; nūc quotidie apud Hispanias geri bella gentiū.& agi strages ex alterutro barborū crebris certisq; nunciis discimus.præcipue Valliā gothorū regem insistere patrādæ paci ferūt:ex quo utcūq; concesserim:ut licenter christiana tempora reprehēdantur:siquid a conditione mundi usq; ad nūc simili factum fœlicitate doceatur.Manifestauimus ut arbitror atq; ostendimus non magis uerbo penē q̄ digito īnumera bella sopita: plurimos extinctos tyrānos:compressas coangustatasq; addictas exinanitasq; immanissimas gētes minimo sanguine nullo certamine ac pene sine cæde. Superest ut obtrectatores no-

ſtros mollitionum ſuarum pœniteat:ueritatique erubeſcant. Deum uerum & ſolum q potest omnia: credant. timeant. diligant ſequantur: cuius omnia & quæ mala putant bona eſſe didicerunt. Explicui adiuuante christo ſecundum tuum præceptum beatiſſime pater Auguſtine ab initio mundi uſque in præſentem diem: hoc eſt per annos. v. M. dc. xviii. punitiones & cupiditates hominum peccatorum: conflictationes ſæculi & iudicia dei: q̄ breuiſſime & q̄ ſimpliciſſime potui: christianis tamen temporibus propter præſentem magis christi gratiam ab illa incredulitatis confuſione diſcretis. Ita iam ego certo & ſolo quem concupiſcere debui: obedientiæ meæ fructu fruor. de qualitate autem opuſculorum tu uideris: qui præcepiſti: tibi adiudicanda: ſi edas: per te iudicata: ſi deleas.

Vt ipſe titulus margine in primo docet.
Oroſio nomen mihi eſt.
Librariorum quicquid erroris fuit.
Excemit Aeneas mihi.
Quod ſi ſitum orbis: ſique noſtra ad tempora.
Ab orbis ipſa origine.
Quiſq̄ tumultus: bellaque: & cædes uelit.
Cladeſque noſſe: me legat.

Pauli Oroſii uiri clariſſimi Ad Aurelium Auguſtinum epiſcopum & doctorem eximiū libri ſeptimi ac ultimi Finis. Impreſſi Venetiis: opera & expenſis Octauiani ſcoti Modoetienſis. Anno ab incarnatione domini. M. cccc. lxxxiii. Tertio Kalendas ſextilis. Ioanne Mocenico inclito Venetiarum duce.

REGISTRVM.

a	Vacat	Pauli oroſii	regionibus	ſagetas &
b	qualiter homines	Pelopōnenſium clades	nienſes tanta	
c	oriente ſole	inſtructam	tem occurreret	
d	oriens diem	hoſtem de	Sufficerent iſta	
e	certamine: q̄tæ	quantus e diuerſo	gunt qui miſeri	
f	Namq; in piceno	plemento exercitus	cio dimiſit	
g	aliquanta iam	da erat:	portis eruperunt	
h	perficeretur:	Tandemque	licitate geſſerunt	
i	riſque contulerat	mentum reliquit	imperfecta circundant	
k	magna ibi	tius atq; effrenatius	piis ad cæſaris	
l	runt ſæcula	uectis ab ægypto	diit. Nanque ut	
m	driam cœpit	habuit ſcinifices	exitiale plurimis	
n	pinare deuouerat	pia pompa		

Finis

Nulli te facias nimis sodalem: minus gaudebis et minus dolebis.

Nov. 1930


OROSIUS, Paulus. Historiae. [Edited by Aeneas Vulpes.] 30 July, 1483.

Hain* 12,102; B.M.C., part V, p. 278.

Printed with fine roman type, in folio, 41 lines and head-line to a page. It has 78 leaves, the first and last blank. The size of a leaf is 301 × 214 mm., and the text (without the head-line) measures 221 × 148 mm. Throughout the volume there are numerous manuscript notes, written probably in the last years of the fifteenth century. Bound in dark morocco; the binding is modern.

Orosius, a Spanish priest, was a friend and disciple of St. Augustine, whom he visited at Hippo in 414. From Hippo he went to Jerusalem and became a close companion of St. Jerome. A violent opponent of the Pelagians (who did not believe in original sin), he fell into a controversy with John, Bishop of Jerusalem. His work "Contra Pelagium" embodies his views on the subject. The following years he spent mostly at Hippo, where he wrote, at St. Augustine's request, his "Historiarum adversum paganos libri septem," an outline of history from the creation of Adam to 417 A.D., the date of his writing. His purpose was to demonstrate by facts that the fortunes of mankind were even worse before the introduction of Christianity than since. The book is, in a way, a supplement to St. Augustine's "De Civitate Dei," which was composed to show that the sack of Rome by the horde of Alaric had nothing to do with Christianity — an accusation brought forward by those who still favored paganism. Orosius's "History" is chiefly based on the Bible, with the writings of a few Roman historians and the "Ecclesiastical History" of Eusebius. Apart from the last chapters, which deal with contemporary events, the work contains little new material, yet its method of presentation is quite original. Orosius — fifteen hundred years before Oswald Spengler! — tried to point out a symmetrical or parallel series of events in the history of Babylonia, the Roman Empire, and Christianity. Thus he was the originator of a mystical and symbolical philosophy of history. The work was widely read during the Middle Ages and had a deep influence even on Dante. King Alfred in 901 translated it into Anglo-Saxon.

Bought in October, 1916.



VENICE. OCTAUIANUS SCOTUS. NOV. 1930

OROSIUS, Paulus. Historiae. [Edited by Aeneas Vulpes.] 30 July, 1483.

Hain 12,102; B.M.C., part V, p. 278.

Printed with fine roman type, in folio, 41 lines and head-line to a page. It has 78 leaves, the first and last blank. The size of a leaf is 301 × 214 mm., and the text (without the head-line) measures 221 × 148 mm. Throughout the volume there are numerous manuscript notes, written probably in the last years of the fifteenth century. Bound in dark morocco; the binding is modern.

Orosius, a Spanish priest, was a friend and disciple of St. Augustine, whom he visited at Hippo in 414. From Hippo he went to Jerusalem and became a close companion of St. Jerome. A violent opponent of the Pelagians (who did not believe in original sin), he fell into a controversy with John, Bishop of Jerusalem. His work "Contra Pelagium" embodies his views on the subject. The following years he spent mostly at Hippo, where he wrote, at St. Augustine's request, his "Historiarum adversum paganos libri septem," an outline of history from the creation of Adam to 417 A.D., the date of his writing. His purpose was to demonstrate by facts that the fortunes of mankind were even worse before the introduction of Christianity than since. The book is, in a way, a supplement to St. Augustine's "De Civitate Dei," which was composed to show that the sack of Rome by the horde of Alaric had nothing to do with Christianity — an accusation brought forward by those who still favored paganism. Orosius's "History" is chiefly based on the Bible, with the writings of a few Roman historians and the "Ecclesiastical History" of Eusebius. Apart from the last chapters, which deal with contemporary events, the work contains little new material, yet its method of presentation is quite original. Orosius — fifteen hundred years before Oswald Spengler! — tried to point out a symmetrical or parallel series of events in the history of Babylonia, the Roman Empire, and Christianity. Thus he was the originator of a mystical and symbolical philosophy of history. The work was widely read during the Middle Ages and had a deep influence even on Dante. King Alfred in 901 translated it into Anglo-Saxon.

Bought in October, 1916.

